Gram: Attic:

REGVLAE GRAMMATICALES

Nicolai Perotti pontificis Sypponatini: ad Pyrrhum Perottum nepotem ex fratre suauissimum rudimenta grammatices.

Addito Opusculo de generibus metrorũ eiusdẽ Auctoris: necnon uocabulorum Indice copiosissimo, nunq̃ ab alijs adhuc impresso. Omnia nuper reuisa, & ab infinitis erroribus expurgata.



M. D. XXXXV.

Calphurnius Brixienſis Antonio Moreto Brixienſi amicorum optimo. S. P.

Quæ ad altioris diſciplinæ cognitionem pertinere videntur a viris noſtræ ætatis diligenter, & excitata & emendata ſunt. Quum ſuperioribus annis literæ bonæ penitus obrutæ eſſent: & in tenebris (vt ita dicam) minime intellectæ iacerent. Quod quum adhuc quædam inſulſa rudimenta, & opuſcula doctrinæ craſſioris: quibus pueri falſo erudirentur: extarent. Viri doctiſſimi non defuerunt: qui huic quoque rei remedium ſalubre grammaticus priſcos imitati afferre voluerunt. Quare perlecto grammatices libello: qui a Nicolao perotto pontifice ſyppontino viro eloquentiſſimo commode, & breuiter ad puerorum eruditionem nuper editus. Volui breui epiſtola: quemadmodum petieras: quid de hoc ſentirem tibi declarare. Vt tu qui es iuuenis doctiſſimus: & omnia emendata excolis. Impreſſoribus tuis quamprimum traderes. Is enim libellus huius generis eſt: vt non modo his qui circa prima elementa adhuc immorantur: ſed ad altiora quoque tendentibus prodeſſe poſſit. Et vt paucis quod ſentio abſoluam, & grammatice, & latine loqui docet. Nec video quæ excuſatione digni poſt hac accipiantur: qui Alexandri Barbari carmen ineptum quod a vera, & priſca grammatica prorſus alienum: cæteraſque huiuſcemodi ineptias legere pergent. Quod ſi quis hos amabunt pauci erunt: & ex turba Academicorum docti explodi ſe ſentiunt. Vale.

¶ Nicolai Perotti pontificis Sypontini ad Pyrrhum Perottum nepotem ex fratre suauissimum rudimenta grammatices.

N Literas. A b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z. Da salutationem beatę Virginis. Aue maria gratia plena: dominus tecum: benedicta tu in mulieribus: & benedictus fructus ventris tui iesus. Sancta Maria mater Dei ora pro nobis peccatoribus. Amen. Da orationem Dominicam. ¶ Pater noster qui es in cœlis. Sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua: sicut in cœlo, & in terra. Panem nostrum quotidianum. Da nobis hodie, & dimitte nobis debita nostra. Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo Amen. Da symbolum. Credo in Deũ Patrem omnipotentem creatorem celi, & terræ. Et in Iesum Christum filiũ eius vnicum dominum nostrum. Qui conceptus est de spiritu sancto: natus ex Maria virgine. Passus sub pontio Pilato: crucifixus: mortuus: & sepultus. Descendit ad inferos: tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit in cœlos: sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis. Inde venturus est iudicare viuos, & mortuos. Credo in spiritum sanctum & sanctam ecclesiam catholicam. Sãctorum communionẽ. Remissionem peccatorum. Carnis resurrectionem. Vitam eternam. Amen.

¶ Quare optima a principio docenda sunt? Quia tenacius hærent ea quæ nudis animis percipiuntur: vt sapor quo noua imbuuntur maxime durat.

¶ Quare pertinacius hærent quæ deteriora sunt? Quia bona facile mutantur in peius. nunq̃ in bonum vitia vertuntur.

¶ Cur paulatim instruendi sunt pueri? Quia sicut vascula angustioris suspersusam liquoris copiam sic animi puerorum quæ nimia sunt respuunt: sensim autem instillationibus complentur.

¶ Quomodo vtendum est remissionibus? Ita vt nec odium studiorum faciãt negatę: nec ocii consuetudinem nimiæ.

¶ Quod est primum ingenii signum in pueris? Memoria.

¶ Quod secundum? Imitatio.

¶ Quotuplex est virtus memorię? Duplex. Quæ? facile percipere & fideliter continere. Cur in arte grammatice prius instruendi sunt pueri? Quia hæc est initium, & fundamentum omnium disciplinarum: nec potest ad vllius rei summam nisi precedentibus initiis perueniri.

¶ Quid est grammatice? Est ars recte loquendi recteq; scribendi: scriptorũ & poetarum lectionibus obseruata.

¶ Vnde dicitur grammatice? ἀπὸ τῶν γραμμάτων. hoc est a literis. Latine enim literaria dicitur: q; ex literis syllabę fiunt: ex syllabis dictiones: ex dictionibus oratio ex quibus disciplina grammatices constituitur.

¶ Quot sunt partes grammatices. Quatuor. Quæ: Litera: syllaba: dictio: & oro. Lr̃a vt p. syllaba ut pyr. dictio vt pyrrhus: o. o vt pyrrhꝰ incubuit virtuti.

¶ Quid est litera? Est minima pars vocis compositæ.
¶ Quid est vox? Est aer ictus auribus accidens.
¶ Vnde dicitur ἀπὸ τοῦ βοάω: quod est voco.
¶ Quotuplex est vox? quadruplex. Articulata quæ ab aliquo sensu mentis proficiscit. Inarticulata quæ a nullo sensu mentis proficiscit. Literata quæ scribi pōt. Illiterata quæ scribi non pōt. Articulatarum aūt quædā possunt scribi: vt Pyrrhus quædam non possunt scribi: vt sibili, & gemitus hominum. In articulatarum etiam quædam scribi possunt: & literatæ sunt: vt coax, & cra: quædam sunt illiteratæ: & scribi non possunt: vt strepitus: mugitus, & similia.
¶ Vnde dicta est litera? Litera dicta est: quasi legitera: quæ legentibus iter præbeat: vel a lituris: quia veteres in ceratis tabulis scribebant.
¶ Literæ quot accidunt? tria. Nomen: figura, & potestas.
¶ Quid interest inter literas, & elementa? Elementa dicuntur ipsę pronunciationes: literæ vero sunt signa elementorum. abusiue tamen, & literæ pro elementis: & elementa pro literis ponuntur.
¶ Quot sunt literæ siue figurę elementorum? Vigintiduæ: a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z.
¶ Quot sunt vocales? Sex: quinque latinæ, a e i o u. & vna græca ypsilon.
¶ Consonantes quot sunt? Sexdecim. b c d f g k l m n p q r s t x z.
¶ Ex consonantibus quot sunt mutę? Nouem. b c d f g k p q t.
¶ Quare dicuntur mutæ? Quia incipiunt a seipsis: & desinunt in vocales.
¶ Quot sunt semiuocales? Septem. l m n r s x z.
¶ Quare dicuntur semiuocales? Quia omnes fere a vocalibus incipientes, & in se desinentes similem fere vocalibus sonum habent.
¶ Quot sunt liquidæ? Quatuor, l m n r.
¶ Quare dicuntur liquidæ? Quia post mutas positæ in eadem syllaba faciunt præcedentem syllabam breuem esse communem.
¶ Quot sunt duplę? Duæ, x. & z.
¶ Quare dicuntur duplæ? Quia ponuntur pro duabus literis. x. enim ponitur pro c s z vero ponitur pro duplici ss vt grecisso greizo i etiam, & u si in principio dictionis ponantur: sequente vocali: consonantes fiunt: vt Iuno, & Venus. si vero in medio dictionis ponantur non compositæ inter duas vocales: duplicium vim habent: vt maia. & audiui.
¶ H quare non ponitur inter literas? Quia nō est litera: sed aspirationis nota.
¶ Quot sunt vocales præpositiuę? Tres. a e o.
¶ Quot sunt subiunctiuæ? Duæ e & u.
¶ Quare dicuntur subiunctiuæ? Quia subiunctiuę præpositiuis diphthōgos faciunt.
¶ Quot sunt diphthongi? Quinque æ œ au eu & ei.
¶ Quot sunt diphthongi quę scribuntur, & proferuntur? Duę au & eu.
¶ Quot sunt diphthongi quæ scribuntur: & non proferuntur? Tres æ œ & ei.
¶ Diphthongi sunt lōgæ vel breues? Semper sunt lōgę nisi inter dū sequente vocali: vt apud Virgilium. stipulibus duris agitur: sudibus ue præustis.

¶ De syllaba.

QVid est syllaba? Est comprehensio literarum: quae sub vno accentu & vno spiritu profertur.

¶ Vnde dicitur syllaba? ἀπὸ τοῦ συλλαμβάνειν quibus est comprehendere. licet abusiue singularum vocalium sonos syllabas nominamus.

¶ Syllabae quot accidunt? Quatuor. Tenor: spiritus: tempus: & numerus.

¶ Quot sunt tenores syllabarum? Tres. Acutus: grauis: & circumflexus.

¶ Quot sunt spiritus syllabarum? Duo. Asper: & lenis.

¶ Quot sunt tempora syllabarum? Tria. Breue, longum, & medium: quibus omnis syllaba vel breuis vel communis efficitur.

¶ Numerus quare accidit syllabae? qa aut vnius literae est syllaba: vt a, aut duarum vt ab: aut trium vt ars: aut quatuor vt mars: aut quinq; vt stans: aut sex vt stirps. Maior autem numeri q̄ sex literarum nulla apud latinos syllaba inuenitur.

¶ De dictione.

DIctio quid est? Est minima pars orationis constructae.

¶ Quae differentia est inter syllabam, & dictionem? Syllaba est pars dictionis, & nihil per se significat. Dictio autem per se significat.

¶ Dictio vnde dicitur? A dicendo q̄ dicat aliquid: hoc est significet.

¶ Quot syllabarum est maxima dictio apud latinos? Tredecim: vt Diocliciano politanissimorum.

¶ De oratione.

QVid est oratio? Est ordinatio dictionum congruam sententiam perfectamq; demonstrans.

¶ Partes orationis quot sunt? octo nomen verbum participium: pronomen, praepositio: aduerbium, interiectio, & coniunctio.

¶ Quot sunt ptes orõnis declinabiles? q̄tuor. nomẽ, verbũ ptcipiũ, & ṗnomẽ.

¶ Quot sunt partes orationis indeclinabiles? Quatuor. Praepositio, aduerbium interiectio, & coniunctio.

¶ De nomine.

QVid est nomen? Est pars orationis cum casu: corpus aut rem proprie communiterue significans.

¶ Vnde dicitur nomen? Nomen dicitur quasi notamen q̄ hoc notamus vniuscuiusq; substantiae qualitatem: vel a graeco quod est ὄνομα.

¶ Quot accidunt nomini? qnq;. Species genus numerus, figura, & casus.

¶ Quotuplex est nomen? Duplex: substantiuum, & adiectiuum.

¶ Quod est nomen substantiuum? Est illud cui praeponitur vnum articulare tantum: vt hic liber: vel duo ad summum: vt hic & haec homo.

¶ Quotuplex est nomen substantiuũ? Duplex. Proprium & appellatiuum.

¶ Quod est nomen ppriũ? Quod vni soli conuenit: vt Pyrrhus, & Penelope.

¶ Quod est appellatiuum? Quod est commune multorum: vt hic Leo.

¶ Quod est nomen adiectiuum. Quod variatur per tres diuersas voces: vt probus ba bum: vel per tres articulos, vt hic, & haec, & hoc foelix.

¶ Quot sunt species nominum tam propriorum q̄ appellatiuorum. Duae. Primitiua vt Iulus mons. Deriuatiua vt Iulius montanus.

¶ Quot sunt species propriorum nominum? Quatuor. Prænomen quod præponitur differentiæ causa, vt Gaeus. Nomen quod est cuiusque proprium, vt Paulus. Cognomen quod est cognationis communione: vt Scipio. Agnomen quod ab aliquo euentu imponitur: vt Africanus.

¶ Quot sunt species tam primitiuorum quam deriuatiuorum nominum cões? Viginti quinque. Corporale, incorporale, omonymum, sinonymum, proprium, appellatiuum, substantiuum, adiectiuum: ad aliquid dictum, quasi ad aliquid dictum, gentile, patrium, interrogatiuum, infinitum, relatiuum, collectiuum, diuiduum, fictitium, generale, speciale, ordinale, numerale, absolutum, temporale, locale.

¶ Quod est nomen corporale? Quod corpus significat: vt homo.

¶ Quod incorporale? Quod non significat corpus: vt virtus.

¶ Omonyma quæ sunt? Quæ voce non significatione conueniunt: vt nepos filius filii: vel luxuriosus.

¶ Quæ sunt sinonyma? Quæ non voce: sed significatione conueniunt: vt ensis gladius mucro.

¶ Quod est aliquid dictum? Quod sine intellectu eius ad quod dicitur proferri non potest: vt filius: pater.

¶ Quasi ad aliquid dictum quod est? Quod quis habeat aliquod contrarium: & quasi semper adherens: tamen neque ipso nomine significat etiam illud: nec secum interemit: nec vt nox dies.

¶ Gentile quod est? Quod gentem significat: vt græcus latinus.

¶ Patrium quod est? Quod a patria sumitur, vt Romanus.

¶ Quid est interrogatiuum? Quod cum interrogatione profertur, vt quis qualis, quantus, quot.

¶ Infinitum quod est? Quod est interrogatiuo contrarium, vt quis, qualis quantus cum graui accentu proferuntur.

¶ Relatiuum qd est? Quod refert antecedens: vt qui, quæ, quod talis, & tantus.

¶ Collectiuum qd est? Qd in singulari numero multitudinem significat: vt populus.

¶ Diuiduum qd est? Qd a duobus vel a pluribus ad singulos habeat relationem, vel ad plures innumeros pariter distributos. vt vterque: alter, quisque: singulari.

¶ Fictitium quod est? Quod a proprietate sonorum factum est: vt turtur grus, tarantara.

¶ Quod est generale? quod in diuersas species potest diuidi: vt animal, arbor.

¶ Quod est speciale? quod a genere diuiditur: vt homo, laurus.

¶ Quod est ordinale? quod ordinem significat: vt primus secundus.

¶ Quod est numerale? quod numerum significat: vt vnus: duo.

¶ Quod est absolutum? quod per se intelligitur: vt ens, deus.

¶ Quod est temporale? quod tempus significat: vt mensis, annus.

¶ Quod est locale? quod locum significat: vt propinquus, longinquus.

¶ Quod sunt deriuatiuorum nominum species propriæ? Nouem: Patronymicum, possessiuum, comparatiuum, superlatiuum, diminutiuum, denominatiuum, verbale, participiale, aduerbiale.

¶ Quod est nomen patronymicum? quod a nominibus propriis patrum deriuatur secundum formam græcam: & significat cum genitiuo primitiui filium vel nepotem: vt Aeacides, filius vel nepos Aeaci.
¶ Quod est nomen possessiuum? quod cum genitiuo primitiui significat aliquid eorum quę possidentur: vt Euandrius ensis, id est ensis Euandri.
¶ Cōparatiuū qd e? qd signat magis cū pōsitiuo, vt fortior, i. magis fortis.
¶ Quę nomina comparantur? appellatiua duntaxat qualitatem, aut quantitatem significantia qualitatem, vt bonus malus: quantitatem, vt magnus, paruus. Comparatiuum cui casui seruit? ablatiuo vtriusq; numeri sine præpositione, dicimus enim doctior illo, vel doctior illis.
¶ Superlatiuū qd' est? qd' per se platū intellectū hēt cū valde aduerbio sui positiui vel ad plures sui gñis cōparatiuū supponit oībus: vt Aeneas piissimus, i. valde pius, optimus teucrorum, i. bonus super omnes teucros.
¶ Superlatiuum cui casui seruit? Genitiuo tamen plurali, dicimus enim doctissimus poetarum.
¶ Diminutiuum quod est? quod diminutionem sui deriuatiui absolute demonstrat: vt regulus, id est paruus rex.
¶ Quot causis proferuntur diminutiua? tribus. Necessarie significationis vrbanitatis, & adulationis gratia. vt tantillus ingeniolum: corculum.
¶ Denominatiua quę sunt? quę a nomine deriuantur: vt a saxo saxosus.
¶ Verbalia quę sunt? quę a verbo deriuantur: vt a domo domitor.
¶ Participialia quę sunt? quę a participiis deriuantur: vt amandus, & reuerendus: hoc est dignus amari, & custodiri.
¶ Aduerbialia quæ sunt? q ab aduerbiis deriuātur, vt hodiernus crastinus.

¶ De generibus nominum.

Quot sunt genera noīum? septē: Masculinū, fœmininum, neutrum, commune, omne, promiscuū, & incertū. Masculinū cui pponitur vnum articulare pronomen hic, vt hic Pyrrhus. Fœmininum cui præponitur vnum articulare pronomen hæc, vt hæc Penelope. Neutrum cui pręponitur vnum articulare pronomen hoc, vt hoc animal. Commune cui duo articularia pronomina præponuntur hic, & hęc, vt hic, & hęc homo. Omne cui tria articularia pronomina præponuntur, vt hic, & hæc, & hoc fœlix. Promiscuum qd', & epicenum dicitur, quod, sub vna voce, & vno articulo denotat animalia vtriusq; sexus: vt hic passer, hæc Aquila. Incertum qd' nulla ratione cogente sola auctoritas veterum sub diuerso genere protulit, vt hic vel hęc silex, finis, talpa, cortex, grus dama, dies, margo, bubo, panthera, clunis, serpens, lynx, aluus, adeps, vel adipes. ¶ Prima Regula.
¶ Pyrrhus cuius generis? Masculini: quare? Quia oīa noīa propria virorū cuiuscūq; sint terminationis: masculini sunt generis. ¶ Secunda Regula.
¶ Penelope cui? gñis? Fœminini: qa oīa noia mulierū cuiuscūq; sint terminationis: fœminini gñis sunt: vt penelope, Glicerium. ¶ Tertia Regula.
¶ Pinus cuius generis? Fœminini: quia oīa nomina arborum fœminini sunt

generis.fructuum vero, & lignorum vt pleraq; neutri. Excipiuntur vt hic oleaster: & hæc ficus pro fructum: nam hoc siler: hic rubus: & his dumus non numerantur inter arbores. ¶ Quarta Regula.

¶ Aprilis cuius generis? Masculini: quia omnia nomina mensium sunt masculini generis. ¶ Quinta Regula.

¶ Decē cuius generis? Omnis: qa oīa noīa numeralia a quatuor vsq; ad centum sunt oīs generis: & indeclinabilia cætera vero, & declinantur, & discreta sunt: præter mille qđ triū generū, & indeclinabile est. ¶ Sexta Regula.

¶ Metaurus cuius generis? Masculini: quia omnia nomina fluuiorum, sunt generis masculini. ¶ Septima Regula.

¶ Conuiuia cuius generis? Communis: qa omnia nomina cuiuscūq; sint terminationis: q̄ ex ipse significatione rerum ad mares vel fœminas solū pertinent: masculini vel fœminini sunt generis. Sin vtriusq; sexus esse possunt nisi diuersas habeant voces: communia sunt. Sin in significatione neutris etiam coniungi possunt: omnis sunt generis: vt hic vir. hæc mulier: hic, & hæc parricida: hic, & hæc, & hoc sospes. ¶ Octaua Regula.

¶ Bonus cuius generis? Masculini: quia est prima vox adiectiui. Bona: fœminini: quia est secunda vox adiectiui. Bonum neutri: quia est tertia vox adiectiui. ¶ Nona Regula.

¶ Musa cuius generis? Fœminini: quia omnia nomina latina quæ in nominatiuo singulari desinunt in a. fœminina sunt. vt aqua: cæra pluralia vero quæ desinunt in a neutra sunt: vt arma. ¶ Decima Regula.

¶ Græca nomina cuius generis? Græca: quæ in as vel in is longam desinūt: & similiter in a apud eos desinentia neutra, & quæcunq; terminationē suam seruant: genus suum apud nos seruant: vt hic boreas: cratetitans Sosiispoeta schema: & reliqua. ¶ Vndecima Regula.

¶ Cubile cuius generis? Neutri: quia omnia nomina quæ in nominatiuo singulari in e correptum vel in i desinunt neutra sunt. vt monile gummi. Excipiuntur a genitiuis composita omnis generis: vt eiusmodi. Nam nihili: frugi & mancipi: obliqui sunt casus cum omnibus casibus, & generibus figuratæ adiuncti. ¶ Duodecima Regula.

¶ Sermo cuius generis? Masculini: quia omnia noīa quæ in nominatiuo singulari in o desinunt: nisi sint verbalia antecedente.l.& nisi in do vel in go exeant: o in i mutantiq; in gtō: fœminini sunt generis præter: hic ordo: cardo: & cupido p leo: vt hæc actio oratio: dulcedo: origo: masculina sunt: præter caro carnis: qđ est fœmininū. Margo tam masculini q̄ fœminini, generis inuenit. Virgo communis etiam generis inuenitur. ¶ Decimatertia Regula.

¶ Cornu cuius generis? Neutri. Quia omnia nomina in u. vel in e. vel in d. vel in l. vel in m. vel in t. in nominatiuo singulari desinentia neutra sunt: vt genu. lac. aliquod ceruical. templum. caput. Excipitur hic sal: quod tamen apud veteres neutrum inuenitur. hic pugil: hic sol: & hic, & hæc præsul: exul: vigil: hic & hæc, & hoc uel. ¶ Decimaquarta Regula

¶ Nomen cuius generis? Neutri. Quia omnia nomina in n. desinētia si producunt vltimam aut a canendo componūtur, masculina sunt. Sin corripiūt: nisi a canendo composita neutra sunt: vt hic lien. ren. splen. hoc solamen. semen flamen. hic tubicen. cornicen fidicen. Excipitur hic pecten: hic flamē: pro sacerdote. Græca vero in n. genus suum seruant: vt hic titan: hæc syrēn: hic delphin: hæc eleusin.

¶ Decimaquinta Regula.

¶ Laquear cuius generis? Neutri: quia omnia nomina desinentia in ar. neutra sunt: vt instar. lacunar. Excipitur hic bostar, hic lar: hic, & hæc & hoc par. & sua composita.

¶ Decimasexta Regula.

¶ Cancer cuius generis: Masculini, quia oīa noīa in er desinentia masculina sunt pter noīa tertiæ declinationis: b vel u. loco consonantis ante r. habētia: vel terræ foetus significātia: vt hic puer, ager. auster. hoc tuber. suber. cadauer: hoc siler. pauper. cicer. Excipitur hic imber. & ab eo composita septembre mulciber: hoc iter. spinter. cancer pro morbo. Degener. pauper. uber. cōmunis vel potius omnis sunt generis.

¶ Decimaseptima Regula.

¶ Vir cuius generis? Masculini: qa in ir. desinētia nomina masculina sunt: vt hic leuir: treuir: abadir. Excipiūtur hoc gadir. & hir.

¶ Deciaoctaua Regu.

¶ Honor cuius generis? Masculini. quia oīa noīa in or. desinētia masculina sunt: vt labor lector: pter comparatiua quæ cōmunis sunt generis. Excipiuntur hic senior: hęc arbor: hoc marmor: æquor: ador: cor. & hic, & hæc memor, immemor: & a decore. corpore. vel colore cōposita: q̄ communia sunt: vt dedecor. bicor. pordiscolor. Auctor etiā est cōis generis: nisi cum eum signat qui auget: tunc enim auctrix facit foemininum.

¶ Decimanona Regula.

¶ Rubor cuius generis? Neutri. qa in ur. desinētia noīa neutra sunt: vt iecur: guttur: pręter noīa deorum: vel gētilia: vel appellatiua auiū. x. vel t. ante ur habētia q̄ masculina sunt: vt ansur astur: turtur. furfur. Verbalia vero quę hoībus imponūtur. si sunt tertiæ declinationis cōia sunt: vt augur. fur. trifur. quibus additur ligur. Sin secūdæ masculina: vt satur.

¶ Vigesima Regula.

¶ Ciuitas cuius generis? Foeminini: quia in as. desinētia noīa foeminina sunt vt pietas: pter patria, & gētilia: quæ cōia sunt: vt arpinas: capenas: archas. Excipiuntur hic mas maris: vas vadis: as assis: hoc uas vasis: fas: nefas: & nugas omnis generis, & indeclinabile.

¶ Vigesimaprima Regula.

¶ Gurges cuius generis? masculini: qa in es correptā desinentia: quæ nullam significationis neutralē cōmunionem hn̄t cum foemininis masculina sunt: vt trames: limes. Excipiuntur duo in ges: vt hæc seges: & teges: cōpes: id es item in quies quod omnis generis inuenitur.

¶ Vigesimasecūda Regula.

¶ Clades cuius generis? Foeminini: qa in es productam desinentia foeminini sunt, vt labes. Excipitur hic verres pro porco. & dies. quod in singulari incerti generis est. in plurali masculini semper. sicut ab eo compositum meridies, & hic pes pedis.

¶ Vigesimatertia Regula.

¶ Classis cuius generis? Foeminini: qa in is desinentia noīa foeminina sunt: Excipiūtur habentia n vel duas cōsonantes in eadem syllaba: vel duplicem.

consonantem ante is: & quæ penultimam syllabam vna ex liquidis terminant vel vna syllaba crescunt in genitiuo, quæ masculina sunt. Excipitur hic caulis: hæc bipennis: hæc pestis: febris: nepris, vestis, vallis, turris, pelvis, peluis, pellis, cuspis, cassis, lis. Moralis cum adiectiuum est, communis est generi, cum ad dentem vel ad lapidem refertur. Mas est. Rudis cum virgam significat: quia gladiatores donabantur: fœmininum est. Finis, & clunis incerti sunt generis. ¶ Vigesimaquarta Regula.

¶ Flos cuius generis? Masculini: quia in os desinentia masculina sunt preter eos, glos, dos, fœminina, & custos sacerdos bos compos imbos: communia, & os oris, & os ossis neutra. ¶ Vigesimaquinta Regula.

¶ Ventus cuius generis? Masculini: quia in us correptam desinentia secundæ, & quartæ declinationis masculina sunt: vt annus sexus. Excipiuntur hæc cristallus, costus, phasellus, artus: item hæc acus humus aluus. præterea hæc domus colus. Item anus, nurus, socrus, & manus tribus: & periicus. Idus tantum plurale: hoc pelagus: hoc acus aceris purgamentum frumenti: vulgus tam masculinum quam neutrum inuenitur: hoc etiam virus, & pus indeclinabilia. Specus vero, & penus tam masculini quam fœminini, & neutri generis esse inueniuntur. ¶ Vigesimasexta Regula.

¶ Mun^9 cuius generis? Neutri: quia in us correptam desinentia tertiæ declinationis neutra sunt. Excidit hic lepus, hæc venus: hic, & hæc ligus: li, & hic, & hæc, & hoc vetus. hæc pecus pecudis: nam hoc pecus pecoris facit. ¶ Vigesimaseptima Regula.

¶ Rus cuius generis? Neutri: quia in us productam desinentia monosyllaba neutra sunt: vt supra syllabam vero fœminina: vt cus tus: iuuentus senectus incus. Excipiuntur hic mus: hic, & hæc sus grus. ¶ Vigesimaoctaua Regula.

¶ In aus desinentia: fœminina sunt: vt laus fraus. ¶ Vigesimanona Reg.

¶ In æs diphthongon. vnum mas præs prædis: & vnum neutrum inuenitur æs æris. ¶ Trigesima Regula.

¶ In t desinentia neutra sunt: vt caput occiput. ¶ Trigesimaprima Reg.

¶ Pax cui^9 generis? Fœminini: quia in x desinentia nomina fœminina sunt: vt ornax nox nix: nisi e ante x habeant supra syllabam, nec sit fœtus terræ, nec nomen masculinum sunt: vt veruex vertex, exlex, pulex, culex, apex, cimex. Excipitur hæc pellex, obex, suppellex, vibex. Preterea hic rex, grex, calix, varix, fornix, frutex, natrix, anguis genus, hic vel hæc cortex, silex. Sciendum quod verbalia in trix, quæ vis sint fœminina in obliquis tamen casibus. In plurali neutris est iunguntur, vt victricia tollite signa: & victrici signo. ¶ Trigesimasecunda Regula.

¶ Ars cuius generis? Fœminini: quia in duas desinentia consonantes monosyllaba fœminina supra syllabam vero masculina sunt, vt gens, fers, scrobs, ops, frons, mons, fuens, puls, trabs, lens, vrbs, stirps, hic manceps, auceps, dodrans, triens, quadrans, adeps, forceps. Excipitur hic mons, fons, pons, dens: & hæc cohors, hyems.

¶ Quid in is agendum in quibus veteres genera confuderunt? Frequentiori auctorum vsui adhærendum est. ¶ De numero

QVid est numerus? Est discretionis forma: quae discretionem quantitatis facere potest.
¶ Quot sunt numeri nominum? Duo. Singularis vt homo. Pluralis vt homines. ¶ De figura.
QVot sunt figurę nominum? Tres. Simplex composita, & decomposita. Simplex vt animus. Composita vt magnanimus. Decomposita vt magnanimitas.
¶ Quod modis nomina componuntur: quatuor. Ex duobus integris: vt suburbanus. Ex duobus corruptis: vt efficax municeps. Ex integro & corrupto: vt insulsus ineptus. Ex corrupto, & integro: vt nugerulus. Aliquando ex compluribus, vt inexpugnabilis imperterritus. ¶ De casu.
QVid est casus? Est motus causalium dictionum: qui maxime fit in fine.
¶ Quot sunt casus nominum? Sex. Nominatiuus, genitiuus, datiuus, accusatiuus, vocatiuus, & ablatiuus.
¶ Vnde dicitur casus? A cadendo quod quasi a recto cadere videatur: vnde rectus improprie dicitur casus.
¶ Quot sunt literae terminales nominum quibus latini vtuntur? Quatuordecim. Vocales quinque: a e i o u. Semiuocales sex: l m n r s x. Mutae tres: c d t.
¶ Quot sunt declinationes nominum? Quinque. Prima cuius genitiuus singularis in ae diphthongon: vel si graeca sit nomina in es longum definit, vt musa musę: rhetorice rhetorices.
¶ Secunda cuius genitiuus singularis in i productam definit: vt herus heri.
¶ Tertia cuius genitiuus singularis in is correptam definit: vt pater patris.
¶ Quarta cuius genitiuus singularis in us vel in u productam definit: vt visus: & cornu cornu.
¶ Quinta cuius genitiuus singularis in ei diuisas syllabas definit: vt dies diei.
¶ De prima declinatione.
PRima declinatio per quot genera declinatur? Tria. Masculinum foemininum, & commune. ¶ Prima Regula.
¶ Nominatiuus primae declinationis quot terminationes habet quatuor. a. e. as. es. & vnam hebream am. vt poeta: rhetorice: Aeneas, Anchises, Abraam.
¶ Secunda Regula.
¶ Genitiuus, & datiuus singularis, & nominatiuus, & vocatiuus pluralis in ae diphthongon definunt semper: exceptis genitiuis singularibus eorum, quae terminant in e longum: qui genitiui terminant in es: vt rhetorice rhetorices. ¶ Tertia Regula.
¶ Accusatiuus singularis in am: vel in an, vel in en terminatur: vt poetam: Aeneam: Anchisen. ¶ Quarta Regula.
¶ Vocatiuus singularis in a facit: vel in e: quando venit ab es: vel ab es vel in am: quando venit ab am: vt o Aenea: Anchise: rhetorice: Abraam. ¶ Quinta Regula.
¶ Ablatiuus singularis in a definit: vel in e quando fit ab es: vel ab e: vt poeta: Anchise: rhetorice. ¶ Sexta Regula.

¶ Genitiuus pluralis in arum definit: & plærunque per concisionem in um: vt troiugenarum, & troiugenum. ¶ Septima Regula.

¶ Datiuus & ablatiuus pluralis in is definiunt. Fœminina tamen pauca trās figurata ex masculinis non habentibus neutra quæ sexu discernuntur: faciunt datiuū & ablatiuū in bus: vt natabus: fillabus: libertabus: asinabus: his adduntur animabus: ambabus: & duabus. ¶ Octaua Regula.

¶ Accusatiuus pluralis semper terminatur in as.

¶ De modo examinandi.

Poeta quæ pars est? Nomen est. Quid est nomen? Est pars orationis cum casu: corpus aut rem proprie communiterue significans. Poeta est pars declinabilis aut indeclinabilis? Declinabilis. Quot sunt partes orationis declinabiles? Quatuor. Nomen: verbum: participiū, & pronomen. Quot sunt partes orationis indeclinabiles? quatuor præpositio: aduerbium: interiectio: & coniunctio. Quare dicitur nomen? Quasi notamen: quod hoc notemus vniuscuiusque substantiæ qualitatē: vel a græco quod est ὄνομα. Nomini quot accidunt? quinque. Species: genus: numerus: figura: & casus. Cuius speciei? Deriuatiue. Vnde deriuatur? A poesis. Quot sunt species nominum? duę. Primitiua: vt Iulus, & mons. Deriuatiua vt Iulius & montanus. Quale nomen est? Substantiuum. Quare? Quia pręponitur ei vnū articulare tantū: vt hic poeta. Quotuplex est nomen? Duplex substantiuum, & adiectiuum. Substantiuū cui præponitur vnum articulare tantū: vt hic liber: vel duo ad plus: vt hic & hæc homo. Et adiectiuum quod variatur per tres diuersas voces: vt probus proba probum: vel tres articulos: vt hic & hæc & hoc fœlix. Quale nomen substantiuum est poeta? Appellatiuum. Quotuplex est nomen substantiuū? Duplex. quod: Proprium: quod vni soli conuenit: vt pyrrhus & penelope. Et appellatiuum quod est cōmune multorum: vt hoc moleo. Cuius speciei tam primitiuorum quam deriuatiuorum est poeta? Corporalis: quia corpus significat. Quot sunt species tam primitiuorum quam deriuatiuorum nominum? Viginti quinque. Corporale: incorporale: omonymum: sinonymum: proprium: appellatiuum: substantiuum: adiectiuum. Ad aliquid dictum. Quasi ad aliquid dictum. gētile: patriū: interrogatiuum: infinitiuū: relatiuum: collectiuū: diuiduum, factum generale: speciale: ordinale: numerale. absolutum. temporale: locale. Cuius speciei deriuatiuorum proprie? Denominatiue: quia a nomine deriuatur: quod est poesis. Quot sunt deriuatiuorum nominū species proprie? Nouem. Patronymicū: possessiuū: cōparatiuū: superlatiuum: diminutiuum: denominatiuū: verbale: participiale: aduerbiale. Cui⁹ generis pōeta? Masculini quia præponit ei vnū articulare pronomen hic. Quot sunt genera noīum. Septē. Masculinū cui ponitur hic: vt hic: Pyrrhus. Fœmininum hæc: vt hæc penelope. Neutrum cui pponitur hoc: vt hoc animal. Commune cui hic: & hæc: vt hic: & hæc homo. Omne cui tria articularia pnoia præponuntur: vt hic & hæc & hoc fœlix. Promiscuū quod sub vna voce: & vno articulo denotat aīalia vtriusque sexus: vt hic passer: hæc aglā. Incertum quod nulla

tatione

ratione cogente sola auctoritas veterum sub diuerso gñe protulit. vt hic vel hæc silex:finis talpa:& reliqua. Poeta per quam regulã est generis masculini.

¶ Per decimã de gñibus qua notaƭ ꝙ oĩa noĩa græca q̃ in as vel in is lõgam desinũt:& simił'r in a apud eos desinẽtia neutra & q̃cunq; terminationẽ suam seruãt:gen⁹ suũ apud nos seruãt. vt sũt boreas:crater:titan:sosia:poeta:& vel qua Pria declinatio p quot gñia declinaƭ:tria. Masculinũ:fœmininũ,& cõe.

¶ Cuius nũeri poeta:singularis:qa singulariter pfertur. Quid est numer⁹: ẽ dictionis forma quę discretionẽ q̃titatis facere põt. Quot sunt numeri nominũ:duo, singularis vt homo:pluralis,vt hoĩes. Cuius figuræ poeta:simplicis:quare:quia simpliciter profertur. Quot sunt figuræ nominum:Tres simplex vt animus. Cõposita vt magnanimus. Decomposita vt magnanimitas. Quot modis noĩa componũtur: quatuor:ex duobus integris:vt suburban⁹. Ex duobus corruptis:vt efficax:municeps. Ex integro,& corrupto:vt inepr⁹: insulsus. Ex corrupto,& integro:vt nugigerulus. Aliquando ex pluribus: vt inexpugnabilis impręteritus. Capsis quõ componiƭ. Ex plurib⁹ corruptis: cape si vis. Poeta cuius casus:nominatiui vocatiui, & ablatiui singularis: q̃re qa in talibus casibus declinãdo reperiƭ. Poetæ cuius casus:genitiui,& datiui singularis noĩatiui,& vocatiui pluralis. In hoc loco. Poeta currit. Poeta cuius casus:noĩatiui:qa est suppositũ hui⁹:verbi currit:qđ reqrit ante se noĩatiuũ. Quid est casus:Est motus causaliũ dictionũ:qui maxime fit in fine. Vnde dicitur casus:a cadendo:quod quasi a recto cadere videatur:vnde rect⁹. improprie dicitur casus: Quot sunt casus nominũ:sex nominatiuus:genitiuus:datiuus:accusatiuus:vocatiuus:& ablatiuus. Qua litera terminatur poeta:a:vocali. Quot sunt terminales literæ nominum quibus latini vtunƭ. xiiii. Vocales q̃nq; a e i o u. Semiuocales sex l m n r s x. Mutæ tres c d t. Quot sunt declinationes nominũ quinq;. Prima cuius genitiuus singularis in æ diphthongon:vel in es longam desinit:vt poeta poetæ rethorice rethorices.

¶ Secũda cuius gtĩs: & reliqua vt supra. Poeta cuius declinationis: Primę. qa eius genitiuus singularis in æ diphthongon desinit. Nominatiuus singularis primæ declinationis quot terminationes habet:quatuor a e as es:& vnã hebræam:vt poeta rethorice: Aeneas: Anchises: Abraham. Poeta quomodo facit in genitiuo:facit in genitiuo,& datiuo singulari:& nominatiuo, & vocatiuo plurali poetæ. Per quam regulam per secundam primę declinationis: qua dicitur ꝙ genitiu⁹,& datiu⁹ singularis: & nominatiuus: & vocatiu⁹ pluralis in æ diphthongon desinunt semper: exceptis genitiuis singularibus eorum quę terminant in e longum:qui genitiui terminant in es.

¶ Poeta q̃o facit in accusatiuo singulari:poetã. Per quam regulam:per tertiam primę declinationis: qua notaƭ ꝙ accusatiuus singularis in am vel in an vel in en terminaƭ vt poetam:Aeneã:& Anchisen. Quomodo facit in vocatiuo singulari: facit in vocatiuo,& ablatiuo singulari poeta. per quam regulam:per quartam,& q̃ntam primæ declinationis: q̃bus notatur:ꝙ vocatiuus,& ablatiuus singularis in a terminantur vel in e quando veniunt ab es

uel ab eiut o Aenea Anchise rethorice ab Aenea Anchise retherice. Quomodo facit in genitiuo plurali? poetarum: per quã regulam? per sextam primæ declinationis: qua notatur q̃ genitiuus pluralis in arum definit: & plerumq; per concisionem in um: ut troiugenarum, & troiugenum. Quomodo facit in datiuo plurali? facit in datiuo, & ablatiuo plurali poetis: per quam regulam? per septimam primę declinationis: qua notatur q̃ datiuus, & ablatiuus pluralis in is desinũt. Fœminina tamen pauca, & reliqua. Poeta quomodo facit in accusatiuo plurali? poetas. per quam regulam? per octauam primæ declinationis: qua notatur q̃ accusatiuus pluralis semper terminatur in as.

¶ Poeta quomodo declinatur?

¶ Ntõ hic poeta. Gtõ huius poetæ. Datiuo huic poetę. Actõ hũc poetam. Vocatiuo o poeta. Abltõ ab hoc poeta. Et plr ntõ hi poetæ. Gtõ horũ poetarũ. Dtõ his poetis. Accusatiuo hos poetas. Vctõ o poetæ. Abltõ ab his poetis.

¶ Nominatiuo hæc musa. Gtõ hui⁹ musę. Dtõ huic musæ. Actõ hanc musam. Vctõ o musa. Abltõ ab hac musa. Et plr ntõ hę musæ. Gtõ harũ musarum. Dtõ his musis. Actõ has musas. Vctõ o musæ. Ablatiuo ab his musis.

¶ Nominatiuo hic, & hæc aduena. Genitiuo huius aduenæ. Datiuo huic aduenæ. Accusatiuo hunc & hanc aduenam. Vocatiuo o aduena. Ablatiuo ab hoc, & ab hac aduena. Et pluraliter nominatiuo hi, & hæ aduenæ. Genitiuo horum, & harum aduenarum. Datiuo his aduenis. Accusatiuo hos & has aduenas. Vocatiuo o aduenę. Ablatiuo ab his aduenis.

¶ De secunda declinatione. ¶ Prima Regula.

Nominatiuus secundæ declinationis quot terminationes habet. Sex. Er. ir ur us um eus: ut caper: Alexander: hiber: hispanus: & fluuius. qui etiã hiberus dicitur: quod solum produxit er in hac declinatione: & ab eo compositum celtiber: nam pro gente quæ est iuxta armenios hiber hiberis dicitur. In ir, & in ur latinorum tantum masculinorum ut uir, & satur: in us ut platanus. in um neutrorum, & figurate fœmininorum: ut regnum Glycerium: in eus græca tantum, & masculinum: ut Theseus: Thideus.

¶ Secunda declinatio per quot genera declinatur? Tria. Masculinum fœmininum, & neutrum. ¶ Secunda Regula.

¶ Gtõs singularis in i desinit: & in ir vel in ur vel in eus desinẽtia: vna semp syllaba vincit in gtõ: in us vero, & in um pares hñt syllabas. ¶ Tertia Regla.

¶ Dtũ, & ablõs scdæ declinationis fiũt a gtõ: i mutata in o vt huius luciferi: huic & ab hoc lucifero h⁹ Tiphœi: huic, & ab hoc Tiphœo. ¶ Quarta regla.

¶ Accusatiuus singularis secundæ declinationis desinit in um: vt Priamũ: Theseum. Græca vero in eus desinunt etiam in a. Cætera vero in on terminantur vt Thesea: Priamon. ¶ Quinta Regula.

¶ Vocatiuus singularis scdæ declinationis qñ in r vel in um desinit nũs sim similis est ei: in eus vero desinentibus propriis græcus est vtrũsq; qui a ntõ fit ablata s vt o Theseu in us desinentia mutata us in e faciunt vctũm: si tamen ante us i sit in ꝑpriis abiecta us facim⁹ vocatiuũ: vt Virgilius o Virgili. Dicimus

etiam filii pro filie. Dicunt etiam christiani deus agnus vulgus populus pe‑
lagus fluuius in vocatiuo. ℭ Sexta Regula.
Pluralis nominatiuus & vocatiuus tam masculinus q̄ fœmininus secunde
declinationis similis est genitiuo singulari. Neutri vero generis nominatiu⁹
accusatiuus & vocatiuus plurales fiunt in a. In omnibus enim neutris tres
casus sunt similes. Noīatiuus accusatiuus, & vocatiuus: & in plurali numero
semper desinunt in a nisi sint greca: vt tēpore cepe. ℭ Septima Regula.
ℭ Genitiuus pluralis secundæ declinationis fit in omni genere addita rum
ablatiuo singulari: vt magistro magistrorum. Multa tamen per syncopen di‑
cuntur: vt denum septenum senum tricenum nummum sesternum modicū
liberum fabrum elementum iugerum. ℭ Octaua Regula.
ℭ Datiuus, & ablatiuus pluralis secundæ declinationis fiunt ab ablatiuo sin‑
gulari mutata o in is longam. ℭ Nona Regula.
ℭ Accusatiuus pluralis secundæ declinationis tam masculinus q̄ fœmini‑
nus fit addita s ablatiuo singulari. ℭ Decima Regula.
ℭ Nomina quæ secūdū modū pronominis declinantur sunt octo: vnus: to‑
tus: solus: alius: vllus: vter: alter: & quis vel qui cū suis cōpositis: quæ etiam se‑
cundū mobiliū nominum regulam veteres declinabant præter quis neuter
tamen neutra neutrum cū vtroq; modo sicut simplex suum diceretur. apud
iuniores secundum mobilia nomina declinatur. Horum fœminina sunt vna
tota: sola: alia: vlla: altera: vtraque. Neutra: vnū solum: tantum: aliud: vllum:
alterū: vtrumq; quod vel qd: quorum genitiui: vnius: solius: totius: alius: vllius: vtri⁹:
& corripiunt, & producunt penultimam. Alterius semper corripit.
ℭ Ntō hic magister. Gtō hui⁹ magr̄i. Dtō huic magro. Actō hūc magistrū.
Vctō o magr̄. Abltō ab h magro. Et plr ntō hi magistri. Gtō horū magrorum.
Dtō his magr̄is. Actō hos magros. Vctō o magri Ablatiuo ab his magistris.
ℭ Ntō hæc pin⁹. Genitiuo hui⁹ pini. Dtō huic pino. Actō hanc pinū. Vctō o
pine. Abltō ab hac pino. Et plr ntō hæ pini. Genitiuo horū pinorū. Datiuo
his pinis. Accusatiuo hos pinos. Vocatiuo o pini. Ablatiuo ab his pinis.
ℭ Ntō hoc templū. Gtō hui⁹ templi. Dtō hic tēplo. Actō hoc templū. Vctō o
templū. Abltō ab hoc templo. Et plr ntō hæc templa. Gtō horum templorum.
Dtō his templis. Actō hæc templa. Vctō o templa. Ablatiuo ab his templis.
ℭ Ntō vllus vlla vllum. Genitiuo vlli⁹. Datiuo vlli. Actō vllum vllam vllum.
Abltō ab vllo ab vlla ab vllo. Et plr ntō vlli vllæ vlla. Genitiuo vllorum vlla‑
rum vllorum. Datiuo vllis. Accusatiuo vllos vllas vlla. Ablatiuo ab vllis.

ℭ De tertia declinatione. ℭ Prima Regula.

Tertia declinatio per quot genera declinatur? per omnia. Quot sunt ter‑
minationes nominum tertiæ declinationis. Quinquagintaquatuor:
quæ in a vt poema: in e vt monile: in o vt leo: in ac vt lac: in ec ut alec: in id he‑
bræa: & barbara ut Dauid: in al ut sal: in el ut mel: in il ut pugil: in ol ut sol: in
ul ut cōsul: in an ut titan: in en ut splen: in ut phorcyn: in on ut sidon: in ar ut
par: in er ut pater: in ir ut gadir: in or ut amor: in ur ut turtur: in as ut pallas: in

es vt comes: in is vt collis: in os vt compos: in us vt lepus: in abs vt trabs: in ebs vt celebs: in ibs vt calybs: in obs vt scobs: in vrbs vt vrbs: in uls vt puls: in ems vt hyems: in ans vt dodrans: in ens vt dens: in ins vt tyrins: in ons vt mons: in uns vt aruns: in aps vt daps: in eps vt manceps: in ips vt cynips: in ops vt ops mater deorum: in irps vt stirps: in ax vt fax: in ex vt fex: in ix vt fœnix: in ox vt velox: in ux vt crux: in æs vt pręs: in aus vt laus: in ut vt caput: in alx vt calx: in anx vt lanx: in arx vt arx: in unx vt coniunx.

¶ Secunda Regula.

¶ Genitiuus singularis tertię declinationis in is correptam desinit. Excipitur uis huius uis quod producitur.

¶ Tertia Regula.

¶ Dtūs singularis tertię declinatiōis fit a gtō abiecta s.

¶ Quarta Regula.

¶ Accusatiu⁹ singularis tertiæ declinationis fit a gtō singulari is mutata in em: & in is tamen terminata propria vel græca similem habentia nominatiuum gtō in im terminant actūm vt tybrim: ararim. Neapolim. Pręterea latina hæc inueniuntur: turrim: tyburim: burim: securim: pupim: sitim: restim: uim: peluim: tussim: maguderim: pupem: etiam, & securem, & turrem, & restē inuenies: in græcis vero tam in hac q̄ in aliis declinationibus græca terminatio in a inuenitur: vt pręana titana.

¶ Quinta Regula.

¶ Vocatiuus singularis tertiæ declinationis similis est nominatiuo singulari: nisi sit vocatiuus græcus qui fit a nominatiuo ablata s. vel a genitiuo ablata tis vt thebai. Calcan. Palla Xenophon.

¶ Sexta Regula.

¶ In e neutra correptā nisi sint propria similem habent ablatiuū singularē dtō singulari: vt ab hoc mari natali monili. Excipit̄ ab hoc gausape: quod vetere & hic gausapes, & hæc gausapa, & hoc gausape, & gausapium dixerunt. Similiter in ar neutra, & in al penultimā in obliqs producentia: & in er & in is ad ectiua si faciunt in e neutra: & quæ in im tantum terminant actūm, & in is vel in es nomina mensiū in i productā faciunt ablatiuū singularē: vt tribunali: lupanari: celeri: vtili: tybri: aprili: septēbri. Excipitur ab hoc farre. Oīa vero q̄ in im vel in em faciūt actūm, & q̄ oīs generis sunt: & quæ in uis: vel in ctis: vel in ptis: vel in mnis: vel ī gnis: vel in guis: exeūt & noīa fere q̄ duas ante is ɔ̄sonantes in eadē hēant syllaba cōparatiua: & similiter oīa in ix fœminina verbalia, & circūflexa: atq̄ apud veteres in tis definebant: tam in e q̄ in i faciunt abltūm: vt secure vel securi: vigile vel vigili: vetere vel veteri: pe vel pi: inope vel inopi, ancipite vel ancipiti: naue vel naui: vecte vel vecti: nepte vel neptis amne vel amni: igne uel igni: angue uel angui: poste vel posti: minore vel minori: victrice uel uictrici: arpinate uel arpinati. Hospes, & sospes: cū sint omnis generis hospite, & sopite faciunt: nec sunt contra regulā cū habeāt fœminina in a. Excipit̄ vestis testis pestis: & paup degener vberq̄ p e solam faciūt ablatiuū. Memore uel memori dr: q̄m ntūs memoris, & hoc memore dictum est: ut cōcorde uel cōcordi. Inuenitur. n. concordis, & hoc cōcorde: sicut amētes, & hoc amente. Omnia nomina tertiæ declinationis præter supradicta in e faciunt ablatiuum: ut patre classe. Auctoritas tamen: & in i quandoq; profert: ut

Fert. ut

fert:vt Virgilius:adductum æneam classi. ¶ Septima Regula.

¶ Ntūs pluralis tertiæ declinationis in masculinis fœmininis, & cōmunibus fit a gtō singulari mutata is in es vt mēses fœlices. Excipiunt sardis trallis alpys syrtys:quæ his producam hñt pro græca diphthongo. Neutra vero si ablatiuus in i solā vel in i, & in e definit præter cōparatiua correpta i, & addita a. Si vero in e solam similiter comparatiua mutata e in a faciunt ntūm pluralē:vt monilia paria fœlicia tempora maiora excipiuntur vetera ludicra pluria vel plura amplustria vel amplustra. ¶ Octaua Regula.

¶ Gtūs pluralis tertiæ declinatiōis cū in i solū vel in e, & in i definit abltūs in iū facit:vt sedili sedilīū:fœlice vel fœlici fœliciū. Cōparatiua vero in um faciūt:ut a maiore uel maiori maiorū:a minore uel ri minorū. In e uero solā facientiā ablatiuū si ntūs ī duas terminat cōsonātes:in um faciūt:ut fōte fontiū:frōte frōtiū. Exceptis ī ms uel in ps si nō sint a capite cōposita q̄ in um faciūt:ut hyems hyemū:municeps municipū. A capite cōposita ī um termināt gtūm:ut triceps tricipitū. Quæ uero gtūm parē hñt ntō ī ium faciūt:ut collis colliū:cædes cædiū. Excipit iuuenū canū pānū. Vetus uigil memor supplex artifex q̄uis in e & in i terminēt ablatiuū:nō tñ ī ium:sed in ium facit gtūm. Pluralia ī es q̄ carēt singularibus gtūm ī ium faciūt:ut uires uiriū, penates penatiū. Silr in is longū desinētia:ut lis litiū:samnis samnitiū. Nox ēt noctiū facit. Cætera oīa desinūt in um:ut poema poematū. Excipitur boum a boue pro bouiū. In es terminata pares hñtia, syllabas cum genitiuo, & in as frequentius per syncopem dicuntur. ut uatum probitatum. Nam supplicū artificum iudicum differentiæ causa dicta sunt. ¶ Nona Regula.

¶ Datiuus, & Ablatiuus pluralis tertiæ declinationis nascitur a gtō singulari interiecta bu:ut fœlicibus hoībus penatibus:Excipitur bobus. Frequēter tamen græca ñentra in a:in is longam terminant datiuos, & ablatiuos pluralis:ut poematis problematis. ¶ Decima Regula.

¶ Actūs: & vctūs plurales tertiæ declinationis similes sunt ntō plurali:ut latrones:mēses:syrtis:alpis. Oīa q̄ hñt similē ntō gtūm:& q̄ in solam terminant abltūm, & q̄ pluralia sunt in ns:& in rs desinentia plærūq; per is raro per es terminant actūm pluralē:ut oīs alacres penatis fontis partis:In x uero desinentia trium generū raro per is. plures, & lites tam per es q̄ per is.

¶ Ntō hic pater. Gtō huius pr̄is. Dtō huic patri. Actō hūc pr̄em. Vctō o pater. Abltō ab hoc patre. Et pluraliter ntō hi pr̄es. Gtō horum patrum. Dtō his patribus. Actō hos pr̄es. Vctō o patres. Ablatiuo ab his patribus.

¶ Ntō hæc uirtus. Gtō huius uirtutis. Dtō huic uirtuti. Actō hanc uirtutem. Vctō o uirtus. Abltō ab hac uirtute. Et plr ntō hæ uirtutes. Gtō harū uirtutū. Dtō his uirtutibus. Actō has uirtutes. Vtō o uirtutes. Abltō ab his uirtutibus.

¶ Ntō hoc opus. Gtō huius operis. Dtō huic operi. Actō hoc opus. Vctō o opus. Abltō ab hoc opere. Et pluraliter ntō hæc opera. Gtō horū operū. Datiuo his operibus. Accusatiuo hæc opera. Vocatiuo o opera. Ablatiuo

ab his operibus.

¶ Ntõ hic,& hęc hõ. Gtõ huius hoĩs. Dtõ huic hoĩ. Actõ hũc,& hãc hominem. Vctõ o hõ. Abltõ ab hoc,& ab hac hoĩe. Et plr ntõ hi,& hæ hoĩes. Genitiuo hoꝝ,& harum hominum, Datiuo his hoĩbus. Actõ hos,& has homines. Vocatiuo o homines. Ablatiuo ab his hominibus.

¶ Ntõ hic,& hęc omnis,& hoc omne. Gtõ huius oĩs. Datiuo huic oĩ. Actõ hunc,& hãc omnẽ,& hoc oẽ. Vctõ o oĩs,& o omne. Abltõ ab hoc,& ab hac,& ab hoc omni. Et pluraliter ntõ hi,& hæ oẽs,& hæc oĩa. Gtõ hoꝝ,& harũ,& hoꝝ oĩum. Datiuo his omnibus. Actõ hos,& has omnes,& hæc omnia. Vocatiuo o omnes,& o omnia. Ablatiuo ab his omnibus.

¶ Noĩatiuo hic,& hæc pulchrior,& hoc pulchriꝰ. Gtõ huius pulchrioris. Dtõ huic pulchriori. Actõ hũc,& hãc pulchriorẽ,& hoc pulchrius. Vctõ o pulchrior,& o pulchrius. Abltõ ab hoc,& ab hac,& ab hoc pulchriore vel pulchriori. Et plr ntõ hi,& hæ pulchriores,& hæc pulchriora. Gtõ hoꝝ,& haꝝ,& hoꝝ pulchrioꝝ. Dtõ his pl̃chrioribꝰ. Actõ hos,& has pulchriores,& hęc pulchriora. Vctõ o pl̃chriores,& o pl̃chriora. Abltõ ab his pl̃chrioribꝰ.

¶ Ntõ hic,& hæc,& hoc fœlix. Gtõ huiꝰ fœlicis. Dtõ huic fœlici. Accusatiuo hũc,& hãc fœlicẽ,& hoc fœlix. Vctõ o fœlix. Abltõ ab hoc,& ab hac,& ab hoc fœlice vel fœlici. Et pluraliter ntõ hi,& hæ fœlices,& hęc fœlicia. Gtõ hoꝝ,& harum,& hoꝝ fœlicium. Dtõ his fœlicibus. Actõ hos,& has fœlices,& hæc foelicia. Vctõ o foelicis,& o foelicia. Abltõ ab his foelicibus.

¶ De quarta declinatione.

Quarta declinatio per quot genera declinatur? tria masculinum foemininum,& neutrum. ¶ Prima Regula.

¶ Quot terminationes habet nominatiuus quarte declinationis? duas in us correptam masculinorum,& foemininorum:& in u productã neutroꝝ: quę etiam indeclinabilia sunt in singulari numero. ¶ Secunda Regula.

¶ Genitiuus singularis quartæ declinationis fit a noĩatiuo producta us.

¶ Tertia Regula.

¶ Datiuus singularis quartæ declinationis fit a genitiuo abiecta s,& addita i penultima correpta, vt currui. ¶ Quarta Regula.

¶ Accusatiuus singularis quartæ declinationis fit a nominatiuo mutata s in m vt senatum. ¶ Quinta Regula.

¶ Vocatiuus similis est nominatiuo:vt o senatus. ¶ Sexta Regula.

¶ Ablatiuus fit a nominatiuo remota s vt a senatu. ¶ Septima Regula.

¶ Nominatiuus accusatiuus, & vocatiuus plurales quartæ declinationis similes sunt genitiuo singulari, vt senatus. ¶ Octaua Regula.

¶ Genitiuus pluralis quartæ declinationis fit a nominatiuo singulari abiecta s,& addita u m:vt currum. ¶ Nona Regula.

¶ Datiuus,& abltũs plurales quartæ declinatiõis fiũt a ntõ singulari mutata u in i, & interposita bus:vt manibus senatibus. Excipiũtur differẽtiæ cã

artubus:arcubus:partubus:portubus vero tribubus, Iacubus, ficubus:arcubus:quercubus:specubus nulla cogẽte cã differẽtiæ. ¶ Decima Regula.
¶ Neutra quartę declinatiõis correpta u noĩatiui singularis:& assumpta a faciũt noĩatiuũ:acũ,& vocatiuũ plurales:in reliqs casibus sequuntur declinationem masculinoꝝ:& fœmininoꝝ:vt supra.
¶ Ntõ hic visus. Gtõ huius visus. Dtõ huic visui. Actõ hũc visum. Vctõ o visus. Abltõ ab hoc visu. Et plr ntõ hi visus. Gtõ hoꝝ visuũ. Dtõ his visibus. Actõ hos visus. Vctõ o visus. Abltõ ab his visibus.
¶ Ntõ hęc manus. Gtõ huius manus. Dtõ huic manui. Actõ hanc manũ. Vctõ o manus. Abltõ ab hac manu. Et plr ntõ hę manꝰ. Gtõ harũ manuũ. Dtõ his manibus. Actõ has manus. Vctõ o manus: Abltõ ab his manibus.
¶ Ntõ hoc cornu Gtõ huiꝰ cornu. Dtõ huic cornu. Actõ hoc cornu. Vctõ o cornu. Abltõ ab hoc cornu. Et plr ntõ hęc cornua. Gtõ hoꝝ cornuũ. Dtõ his cornibus. Actõ hæc cornua. Vctõ o cornua. Abltõ ab his cornibus.

¶ De quinta declinatione.

Quinta declinatio per quot genera declinatur? Per vnũ maxime fœmininum. ¶ Prima Regula.
¶ Quinta declinatio quot terminationes habet? Vnam in es productam. ¶ Secunda Regula.
¶ Genitiuus,& datiuus quintę declinationis fiũt a ntõ singulari: abiecta s & assumpta i, vt fides fidei:& acies aciei. ¶ Tertia Regula.
¶ Accusatiuus singularis quintæ declinationis fit a noĩatiuo: mutata s in m: vt hanc rem diem. ¶ Quarta Regula.
¶ Vocatiuus singularis,& nominatiuus,& accusatiuus,& vocatiuus plurales qntæ declinationis similes sunt noĩatiuo singulari. ¶ Quinta Regula.
¶ Ablatiuus singularis quintæ declinationis fit a nominatiuo singulari abiecta s. ¶ Sexta Regula.
¶ Genitiuus pluralis quintæ declinationis fit a nominatiuo singulari: abiecta s:& addita rum. ¶ Septima Regula.
¶ Datiuus,& ablatiuus plurales fiũt addita bus abltõ singulari: vt diebus.
Moueo	es	ui	tum	per mouere.
Verto	tis	ti	sum	per riuolgere.
Conuerto	tis	ti	sum	per conuertire.
Laudo	as	aui	atum	per lodare.
Vulnero	as	aui	atum	
Saucio	as	aui	atum	per ferire.
Fugio	gis	gi	tum	per fuggire.
Fugo	as	aui	atum	
Expello	llis	puli	sum	
Repello	lis	puli	sum	per discacciare.
Compello	lis	puli	pulsum	
Cogo	gis	egi	ctum	per costringere.
Vinco	cis	xi	ctum	
Supero	as	aui	atum	per auanzare.

Augeo	es	xi	ctum	per accrescere.
Minuo	is	nui	tum	
Diminuo	is	nui	tum	
Extenuo	as	aui	atum	per diminuire.
Iacio	is	eci	actum	
Proiicio	cis	eci	ctum	
Deiicio	cis	eci	ctum	p gittare, ouer pcipitare.
Precipito	as	aui	atum	
Mergo	gis	si	sum	
Submergo	gis	si	sum	per affondare.
Recreo	as	aui	atum	per recreare.
Foueo	es	ui	tum	per couare.
Mordeo	es	di	sum	per mordere.
Paro	as	aui	atum	per apparecchiare.
Apparo	as	aui	atum	per mettere in ponte.
Effero	fers	tuli	latum	
Extollo	lis	tuli	latum	per incalciare.

¶ Quo differũt inter se diligo, colo, & amo? Diligimus leuiter: Amamus vehemẽter: Colimus cũ veneratione. ¶ Fero quot sigñationes hẽt? qnq;. Ferre portare, ferre dicere, ferre optare: vt Fert aius. Ferre pducere: vt Arbor fert bonos fructus, ferre pati. ¶ Cõsulo quot sigñationes hẽt? tres. Consulo enim cũ actõ est primi ordinis actiuo℞: & sigñat petere cõsiliũ: vt Cõsule iurisperitos. i. pete ꝯsiliũ a iurisperitis. Cõsulere cũ dtõ septimi ordinis actiuo℞, ẽ dare cõsiliũ: vt Cõsulãt tibi iuriscõsulti. i. dent tibi ꝯsiliũ. Cõsulere neutrũ secũdi ordinis, est iuuare, & pſidiũ ferre: vt Cõsule honori tuo: Consule calamitati hoĩum. Vñ cõsultor, q̃uis pprie dicat, qui consiliũ ab alio q̃rit, significat tñ ẽt eum, qui cõsuluit, vt est in puerbio illo: Malũ cõsilium consultori pessimum. ¶ Occido q̃tam hẽt penultimã longã? Q̃n actiuum primi ordinis est, significat interficio. Nã qñ penultimã breuem hẽt, neutrũ est absolutũ: & significat mori: q̃q̃ dicat ẽt de Sole, occidit: cũ a cõspectu nostro terræ interpositiõe auferẽ: & occasus Solis quasi mors. Ita etiã põt dici, Ortus hoĩs, & occasus: sicut ortus Solis, & occasus. ¶ Timeo, & metuo cũ primi ordinis sunt, & accusatiuum hẽnt, sigñant formidare: vt Discipulus timet præceptorẽ. Q̃n aũt hẽnt datiuũ, sunt septimi ordinis: & significãt vereri, ne quid mali alicui accidat: vt Timeo tibi: timeo mihi: timeo amico. ¶ Perdo perdis, qñ habet accusatiuum significantẽ rem, idem est q̃d amitto: vt Perdidi pecuniam: hoc est amisi pecuniam. Q̃n aũt hẽt accusatiuum sigñantem animal, interdum significat amittere: vt Perdidi prẽm: pdidi fratrẽ. Interdũ sigñat destruere: vt Perdam inimicos meos: hoc est destruã eos. ¶ Quid itereſt iter parare, & pturire? Parturire neutrũ ẽ, & desideratiuũ: sigñat aũt eniti, & quasi partũ desiderare. Parere aũt actiuũ est, & significat in lucem iam emittere, & enixã esse, vt Quod ifundu parturit, aliquãdo pariet. ¶ Recipio si accusatiuũ habet sine ablatiuo

uo cum a, vel ab, primi ordinis actiuorum est: & significat accipere. Si autem cum ablatiuo, & a, vel ab, sexti ordinis est: & idem significat. Si vero datiuum habeat, secundi ordinis neutrorum est: & significat promittere: vt Recepisti mihi: hoc est promisisti mihi. ¶ Cogere aliquando significat compellere: aliquando coniungere, & coadunare: vt Cogite capellas. i. coadunare capellas. ¶ Superare, aliquando est vincere: cum est actiuum primi ordinis. Aliquando aūt est neutrum: & significat superesse: vt Superant pecuniæ. i. supersunt.

Quæ sunt verba actiua secundi ordinis? Quæ exigunt nominatiuum ante se, & post se accusatiuum cum genitiuo, vel ablatiuo: vt Tu impleuisti domum tritico. & Consulo te remedii.

Emo	is	emi	ptum	
Comparo	as	aui	atum	per comprare.
Vendo	is	didi	ditum	
Venundo	as	aui	atum	per vendere.
Reuendo	is	di	tum	per reuendere.
Aestimo	as	aui	atum	per estimare.
Redimo	is	mi	ptum	per recomperare.
Culpo	as	aui	atum	per incolpare.
Arguo	is	ui	tum	
Accuso	as	aui	atum	
Incuso	as	aui	atum	
Increpo	as	aui	atum	p reprēdere, e p accusare.
Damno	as	aui	atum	
Condemno	as	aui	atum	per condennare.
Castigo	as	aui	atum	per castigare.
Punio	is	iui	itum	per punire.
Mulcto	as	aui	atum	per punire in danari.
Impleo	es	eui	etum	per empire.
Euacuo	as	aui	atum	per vodare.

¶ Quid īterest īter accusare, & īcusare? Incusam⁹ maiores: accusam⁹ pares, vel īferiores. Et pn̄t hr̄e dtīm, vel abltīm c ūcorā: vel actūm cū apud, aut an̄ vt Pyrrh⁹ accusat Penelopē supbiæ corā mr̄e sua: vel apd̄, aut an̄ mr̄em suā. ¶ In verbis ꝑtiū signāntib⁹, in quo casu ponit ꝑtiū? in abltō, vt emi equū decē minis. Emi equū magno ꝑtio. Et pōt addi abltūs cū a, vel ab, vt Emi a Platone, aut Socrate, sicut cū vēdo ꝑt addi dtīs, vt Vēdidi tibi libꝝ decē aureis. ¶ Caterꝝ hæc adiectiua tāti, & q̄ti, & sua cōposita: vt tātidē, q̄tiuis, q̄ticūq;, q̄tilibet. Itē pluris, & minoris, cū sine substātiuo sunt, semp ponunt in gītō: ꝑter hæc oīa alia in abltō ponunt, vt Plautus: Quāti eā emit? vili. & Horatius: Quāto empta? paruo. Eandē legē seruāt hæc adiectiua cū aliis ēt verbis similibus, valeo, æstimo, redimo, væneo, lucror, cōduco, loco, & aliis hmōi. Quod si addant substātiua, statim in abltōs conuertunt. Et sicut non dicimus, Quāto emisti, sed quāti emisti: ita nō possum⁹ dicere, Quāti ꝑtii emisti, sed quāto ꝑ-

tio emisti. Sic dicimus quãduis emisti:& quantouis pretio emisti:quantilibet emas:& quantouis pretio emas. Excipitur tantidem:qđ in ablatiuum resolui non potest:quia duos tantum casus habet:tantundem,& tantidem. Eadẽ ra-tio est de pluris,& minoris comparatiuis. Dicimus enim pluris emit:& mi-noris vendit. Dicimus etiam carius,& vilius: non tamen carioris, & vilioris, vel emi, vel vẽdidi. Pli. lib. xxxv. cum de Pamphilo pictore scribit: Neminem, inquit, minoris docuit talento. i. neminem minori pretio docuit, q̃ talento. Contra Vallensis Laurentii sententiam: qui vult huiusmodi genitiuos iungi duntaxat cum verbis emo, valeo, vendo, consto, æstimo.

QVæ sunt verba actiua tertii ordinis? Quę exigunt nominatiuum ante se,& post se accusatiuum,& dtũm: vt Trado te studiis philosophiæ.

Do	das	dedi	datum	
Trado	dis	didi	ditum	
Dedo	dis	didi	ditum	
Præbeo	bes	bui	bitum	
Impendo	dis	di	sum	per dare.
Præpono	nis	sui	situm	
Antepono	nis	sui	situm	
Præfero	fers	tuli	latum	per preferire.
Præmitto	tis	si	sum	per mandare inanti.
Dico	cis	xi	ctum	per dire.
Dico	as	aui	atum	per dedicare, e cõsecrare.
Subiugo	as	aui	atum	
Subigo	gis	gi	ctum	
Subiicio	cis	ci	ctum	
Suppono	is	sui	tum	p soggiogare, e sottomet-(tere.
Mitto	tis	si	sum	
Destino	as	aui	atum	
Lego	as	aui	atum	per mandare.
Oppono	is	sui	tum	
Obiicio	cis	eci	ctum	per opponere.
Prædico	cis	xi	ctum	
Prænuntio	as	aui	atum	per predire.
Edico	cis	xi	ctum	
Indico	cis	xi	ctum	
Impero	as	aui	atum	
Pręcipio	pis	pi	ptum	per comandare.
Nuntio	as	aui	atum	
Renuntio	as	aui	atum	per auuisare.
Interdico	cis	xi	ctum	
Prohibeo	bes	bui	tum	
Veto	as	aui	atum	per vetare,& interdire.

Condemno	as	aui	atum	per condemnare.
Confero	fers	tuli	latum	
Comparo	as	aui	atum	per parangonare.
Prodo	dis	didi	tum	p dimostrare, e p tradire.
Indico	as	aui	atum	
Declaro	as	aui	atum	
Demonstro	as	aui	atum	
Manifesto	as	aui	atum	
Explico	as	aui	atum	
Enucleo	as	aui	atum	
Dilucido	as	aui	atum	
Aperio	ris	rui	tum	p dimostrare, dischiarare.
Commodo	as	aui	atum	& esplicare.
Mutuo	as	aui	atum	per imprestare.
Reddo	dis	didi	tum	
Restituo	is	ui	tum	per rendere.
Promitto	tis	si	sum	
Spondeo	des	di	sum	per promettere.
Addico	cis	xi	ctum	
Accōmodo	as	aui	atum	per assettare.
Dono	as	aui	atum	per donare.

¶ Legare quot significationes habet? Duas. Legare enim est mittere. Vnde dicuntur legati, q̄ oratores mittantur. Hinc etiam dicuntur collegæ: quasi simul mittantur ad idem officium. Item legare est testamento relinquere: vnde dicuntur legata: hoc est relicta, & legatarii.

¶ Dare lr̃as dicimus nō ei ad quē scribimus: sed ad eum. Et ecōuerso nō ad eū, qui fert lr̃as: sed ei: vt Do tibi lr̃as ad Ciceronem. i. do tibi lr̃as, q̃s feras ad Ciceronē. & Dedi lr̃as ad te Ciceroni. i. dedi Ciceroni lr̃as, quas ferret ad te.

¶ Cōmendare quot significationes hēt? Duas: Est enim aliquando primi ordinis: & significat laudare: vt cōmendaui te in senatu: & apud Cæsarem: hoc est laudaui. Aliq̃n est tertii ordinis: & significat tradere fide: vt Cōmendo me tibi. i. tuæ trado fidei. & Cōmēdo tibi pecuniā. aut Cōmēdo rem memoriæ.

¶ Quid interest inter mutuo, & cōmodo? Cōmodamus, quæ eadem restituuntur: vt libros, vestes, vasa, & similia. Mutuamus, quæ nō redduntur eadem: & consistunt in pondere fere, numero, & mensura: vt pecunias, oleum, triticum, & similia. Vnde dicitur mutuum: quasi meum tuum: q ex meo fiat tuum.

¶ Quod verbum huius ordinis habere potest post accusatiuum duos datiuos? Do das: vt Do tibi virginem dono: Dedi filiæ tuæ talentum doti.

¶ Reddo quot significationes hēt? Tres. Reddere enim huius ordinis significat restituere: vt Reddo tibi pecunias. Signat ēt cōsignare: vt Reddo tibi literas, quas Cice. mihi ad te dedit. Signat etiā facere: q̃n quarti ordinis est, & duos habet actōs: vt Reddam te doctum. i. faciam te doctū. Reddo quo cō-

ponitur: ex re, & do. Quare geminatur d? vt in secunda persona differat a re/deo redis: in quo verbo ideo interponit d: vt euitetur hiatus: qui esset in reeo hoc est euphonię gratia. Quemadmodum fit in redintegro, & redimo.

¶ Quae sunt verba huius ordinis, quae possunt et esse ordinis quinti? Sunt hęc, Dono, impertio, augeo, coduplico, accumulo, & si qua sunt similia. Dicimus enim Dono tibi libertatē: & Dono te libertate. Impertio tibi res meas, & impertio tibi rebus meis. Augeo tibi fortunas, & Augeo te fortunis. Conduplico, & accumulo tibi diuitias: Coduplico, & accumulo te diuitiis. ¶ Quae sunt verba huius ordinis q iungunt tam dtō, q actō cum ad: Duo, rescribo, & mitto. Dicim⁹ enim Rescribo tibi, & Rescribo ad te. Mitto tibi, & mitto ad te.

Quae sunt verba actiua quarti ordinis? Quae exigunt nominatiuum, & accusatiuos duos, vt Ego doceo te artem grammaticam.

Doceo	ces	cui	ctum	per insegnare.
Moneo	nes	nui	nitum	per ammonire.
Peto	tis	tii	tum	
Posco	scis	sci	tum	
Postulo	as	aui	atum	per domandare.
Rogo	as	aui	atum	
Oro	as	aui	atum	per pregare.
Celo	as	aui	atum	per nascondere.
Calceo	as	aui	atum	per calciare.
Induo	is	ui	tum	
Vestio	is	ui	tum	per vestire.
Exuo	is	ui	tum	per spogliare.
Cingo	is	xi	ctum	per cingere.
Interrogo	as	aui	tum	per interrogare.

¶ Quid iterest inter orare, & exorare? Orare est pcari: exorare ē impetrare. ¶ Celo quot aliis modis construitur cum casibus suis? Tribus modis. Dicimus enim Celo tibi hanc rem: Celo te hac re: Celo te de hac re.

¶ Quę sunt verba huius ordinis, q post primum actūm pñt habere etiā ablatiuum loco secūdi accusatiui? Sūt haec, Cingo, calceo, exuo, vestio, induo. Dicimus enim Induo te vestē, & veste. Accingo me gladiū, vel gladio. Calceo me coturnos: vel coturnis. Exuo me, & induo, & vestio palliū: & pallio. Peto etiam & postulo plerūq; ablatiuum hñt cū a vel abs: vt Ego peto, & postulo haec abs te.

Quae sunt verba actiua quinti ordinis? Quę exigūt nominatiuum, & accusatiuū cum ablatiuō sine pręposittione: vt Pasce te liberalibus studiis.

Spolio	as	aui	atum	per spogliare.
Priuo	as	aui	atum	per priuare.
Onero	as	aui	atum	
Aggrauo	as	aui	atum	
Premo	is	essi	sum	per premere.
Exonero	as	aui	atum	

Leuo	as	aui	atum	per alleggerire.
Impleo	es	eui	tum	
Imbuo	is	ui	tum	per empire.
Euacuo	as	aui	atum	per vodare.
Inficio	cis	eci	ctum	per tingere.
Farcio	cis	si	ctum	per infaccare.
Orno	as	aui	atum	
Exorno	as	aui	atum	per ornare.
Alo	lis	ui	alitum	
Nutrio	tris	ui	tum	per nodrire.
Lacto	as	aui	atum	per lattare.
Munio	is	iui	itum	per fortificare.
Inquino	as	aui	atum	
Maculo	as	aui	atum	per macchiare.
Tego	gis	xi	ctum	
Cooperio	ris	rui	tum	per coprire.
Impertio	tis	iui	tum	per far partecipe.
Cibo	as	aui	atum	per pascere.
Educo	cas	aui	atum	per alleuare.

¶ Pasco quot modis cõstruit᷑? octo. Dicim⁹.n. Boues pascũt herbã: Herba pascit boues: Boues pascunt᷑ herba: Herbis pascuntur boues: Ego pasco boues: Ego pasco herbã: Boues pascunt᷑: Boues pascũt. ¶ Lacto, & lacteo quõ differunt inter se? Lactare est lacte nutrire: vt mr̃es lactãt pueros. Lactere vero est lac sugere: vt infantes lactẽt: hoc est lac sugũt. Impartio quot modis ꝯstruit᷑? quatuor. Dicim⁹.n. Impꝛtio tibi bona mea: Impꝛtio te bonis meis. Impꝛtior te bonis meis: & Tu impꝛtiris a me bonis meis. ¶ Quę sunt verba, q̃ suscipiũt ẽt dtĩm? Sũt hæc septẽ: Onero, exonero, spargo, fundo, figo, sterno, leuo, vt Onero te donis: & Onero tibi dona. Figo terrã hasta, & Figo hastã terræ. Sterno lectũ lodice, & Sterno lodicẽ lecto. Spargo, fundo tibi aquã: Spargo, fundo te aqua. Leuabo te hoc fasce: & Leuabo tibi hunc fascẽ. ¶ Põt addi huic ordini ẽt aliorꝫ ordinũ verba: vt Tãgo te digito: Video te oculis: Fœcundo te crũnis: Audio te auribus: cũ aliõqn primi ordinis sint hæc verba. Audio etiam sexti.

QVæ sunt verba actiua sexti ordinis? Quæ exigunt nominatiuum, & accusatiuum cum ablatiuo a vel ab mediante: vt Ego audiui hoc a præceptore: Ego quæsiui hoc abs te.

Audio	dis	ui	tum	per vdire.
Ausculto	as	aui	atum	per ascoltare.
Amoueo	es	ui	tum	
Remoueo	es	tum		
Abigo	gis	egi	ctum	per rimouere.
Intelligo	gis	xi	ctum	per intendere.
Diuido	dis	si	sum	

Separo	as	aui	atum	per partire.
Accipio	pis	pi	ptum	
Recipio	pis	pi	ptum	per tuore, e per riceuere.
Quaero	ris	siui	tum	per domandare.
Eripio	pis	pui	ptum	per tuore, e per liberare.

¶ Audio, & Ausculto iungũtur etiam dtõ soli, & significãt obedire: siũtq; sequentis, hoc est septimi ordinis, & recipio similiter: qd' significat promittere. ¶ Amoueo, hoc est remoueo, sine d scribitur: nam si cum d scriberetur, admoueo, esset tertii ordinis, & sigñaret adiũgere, siue appropinquare. Eripio duobus modis cõstruit. Dicimus enim Eripio te a malis, & Eripio te malis, & est tertii ordinis, vt Iste eripuit tibi filiã tuam. Quaero cuius figurae? compositae. Cõponitur enim ex quae, & res, cũ nihil aliud sit quaerere, q̃ quae sit res aliqua dubitare: ideoq; per diphthongũ scribitur: q̃q̃ & alia ratio esse possit: vt eius passiuum differat a quaeror deponẽte: qd' est lamentor. Quaero in cõpositione mutat diphthongũ in i longã: vt inquiro. Cuius verbi regimen varie auctores accipiũt. Dicimus enim Quaero, vel requiro hãc rem abs te: & q̃ro, vel requiro te de statu reipu. quemadmodũ etiam deponẽte eiusdem significatione vtimur: vt Habeo quos percuncter: & Percũctare hanc rem ab illo.

QVae sunt verba actiua septimi ordinis? Quae exigũt nominatiuum ante se, & datiuum post se sine aliquo accusatiuo. Sunt tamen, qui haec putant magis neutra dici deberet sed nos contrarium censemus: cum etiã passiua eorum reperiantur, vt Ego inuideo tibi. & Tu inuideris a me. Hora. in Poetica: Ego cur acquirere pauca Si possum inuideor.

Inuideor	des	di	sum	per inuidiare.
Recipio	pis	pi	ptum	per promettere.
Ausculto	tas	aui	atum	per vbidire.
Impero	ras	aui	atum	per signoreggiare.
Benedico	cis	xi	ctum	per benedire.
Maledico	cis	xi	ctum	per maledire.
Timeo	mes	ui		
Metuo	is	ui	ca. su.	per temere.
Interdico	cis	xi	ctum	per intendere.

¶ Nota, q nõ põt dici hoc verbũ nõ esse actiuũ, qa hñt in vsu passiuũ interdicor. Nec põt dici, q hr̃e possit actũm post se. Nõ enĩ possum⁹ dicere, Interdico tibi aquã, & ignẽ. nec Interdico te aqua, & igni: sed dũtaxat dicim⁹, Interdico tibi aq̃, & igni: q̃q̃ passiue possum dicere: Tu interdictus es aq̃, & igni. & Aqua, & ignis interdict⁹, est tibi: & Tibi iterdictũ est aqua, & igni: sed hoc postremũ est magis impsonale. ¶ Offõ & officis hui⁹ ordinis est, i. noceo: cuius passiuũ est officior. Lucre. in. ii. Officiunt vel cõgũt tardi⁹ ire. ¶ Inuideo cuius figurae? cõpositae. Vñ cõponit: ex in, & video: q; oculos, & aium in eos, quibus inuidemus, cõtinue intẽtos teneamus: ꝓpter quod veteres hoc verbũ nõ datiuo, sed actõ iungebãt: vt Ennius? Quisnam liberum flores inuidit meũ.

De verbo Passiuo.

Quid est verbum Passiuum? quod in or desinens formatur ab actiuo. Quot sunt ordines verborũ Passiuorum? septem sicut actiuorum: & oẽs exigunt ante se nñm personæ patientis: & post abltũm cum a, vel ab, psonæ agẽtis: vt Preceptor amat Pyrrhũ: Pyrrhus amat a pceptore. Preceptor docet Pyrrhũ: Pyrrhus docet a pceptore. Casus enĩ q vltra duos principales sunt, nõ mutant in passiuo: vt Ego doceo te grãmaticã: Tu doceris a me grãmaticã. Ego summo studio scribo mihi librũ calamo in mẽbranis: bonitate eius: vtilitate mea quocũq; loco, & tẽpore. A me summo studio scribit mihi liber calamo in membranis: bonitate eius: vtilitate mea: quocunq; loco, & tempore.

Diligor	ris	ctus	sum	per essere amato.
Emor	ris	ptus	sum	per esser comprato.
Dor nõ est ĩ vsu Daris		tus	sum	per esser dato.
Spolior	ris	tus	sum	per esser spogliato.
Audior	ris	tus	sum	per essere vdito.
Inuideor	ris	sus	sum	per essere inuidiato.

De Verbis Neutris.

Quod est verbũ Neutrũ? qđ in o desinens non format passiuũ in or. Quare dr̃ neutrũ? qa hec verba neutra sunt: hoc est, nec actiua, nec passiua. Quot sunt ordines verborum neutrorum? nouem, quæ? substãtiuum: q̃q̃ improprie dicatur neutrũ: qa non desinit in o: possessiuũ, acquisitiuũ, transitiuũ, effectiuum: absolutum: imperfectum: neutrumpassiuum: & neutropassiuum. Que sunt verba neutra primi ordinis? Quæ dicunt substantiua: vt Sum es est: qđ per se substat: vt Ego sum: & in ipsum cætera verba resoluuntur: vt Ego amo, i, sum amãs: legebã, i, legens eram, & ab eo cõposita: vt absum: adsum. Copulat autem similes casus: vt ego sum fortis. Construitur etiam cũ genitiuo: vt Hic liber est Pyrrhi, & cũ datiuo: vt Est mihi pater, & cum ablatiuo: vt Sum magno animo. & cum duobus datiuis: vt Sum tibi curæ: Sũ tibi impedimento, & cum ablatiuo cum præpositione in: vel apud: vt Sum in foro: sub tecto: apud macellum. Interdum sine casu posteriore: vt Deus est: Deus fuit semper: & Deus erit semper. Composita autem iunguntur fere semper datiuo: vt ego intersum lectioni: Illi inest virtus: Multa mihi desunt.

Sum	es	est	fui	per essere.
Intersum	es	est	fui	per esser presente.
Obsum	es	fui		per nocere.
Prosum	es	fui		per giouare.
Adsum	es	fui		per essere appresso.
Absum	es	fui		per essere assente.
Desum	es	fui		per mancare.
Insum	es	fui		per esser drento.
Subsum	es	fui		per esser sotto. (re.
Supersum	es	fui		p esser di sopra, e p auãza

¶Nota q adsum non significat præsens sum (vt quidam existimant) sed prope sum: sicut absum significat longe sum: quod ex ipsa significatione præpositionis componentis intelligitur. Ad enim significat apud, & quasi prope. Cic. de Officiis: Inter hominem, & beluam hoc maxime interest: q hęc tantū, quantum sensu mouetur, ad id solum, quod adest, quod præsens est, se accōmodat, hoc est, ad id quod prope est, & quod pręsens est. Quod ipsemet declarat, subiungens: Paululum admodum sentiens præteritum, aut futurū. i. sentiens tantum quod adest, hoc est quod mox abiit, vel mox futurum est.

¶Quæ sunt verba neutra secundi ordinis? Quæ dicūtur possessiua, & exigunt nominatiuum ante se, & post se ablatiuum sine præpositione: vt Pyrrhus abundat libris.

Ego	es	ui	caret	supino.
Indigeo	es	ui	ca. su.	per hauer bisogno.
Careo	es	ui	tū, vel sū	per mancare.
Abundo	as	aui	tum	
Affluo	is	xi	ctum	
Exubero	as	aui	atum	per abondare.
Satago	is	egi	ctum	per essere diligente.

¶Quæ sunt ex his, quæ & genitiuo iunguntur? Egeo, indigeo, satago, vt Terentius: Hic satagit rerum suarum: idest anxius, & curiosus est rerum suarū. Memini huius ordinis neutrum est: licet in o non desinat: & tamen aliquando iungitur accusatiuo: vt Virg. Forsan & hæc olim meminisse iuuabit. Aliquando etiam iungitur ablatiuo cum de præpositione. Sed quando accusatiuo, & genitiuo iungitur, significat recordari: vt Non memini hāc rem, vel huius rei: hoc est non recordor. Quando autem iungitur ablatiuo cum præpositione de: vel interdum genitiuo, significat mentionem facere: vt Priscianus non meminit de hac re, vel huius rei: hoc est mentionem non fecit.

¶Abundo, & affluo possunt etiam esse possessiua. Dicimus enim Ego abundo, & affluo omnibus rebus: & Res omnes abundant, & affluunt mihi. Careo, & indigeo differunt: quia non indigemus omnibus, quibus caremus: vt puta: caremus multitudine seruorum, qua non indigemus. Omnibus autem quibus indigemus, caremus: quia si non careremus non indigeremus. Deficio cis huius ordinis est: vt Ego deficio pecunia. Potest tamen esse etiam possessiuum secundi ordinis: vt Pecunia deficit mihi. Potest quoq; esse actiuum primi ordinis, vt Inopem deficiunt omnes amici, hoc est deserunt.

¶Quę sunt verba neutra tertii ordinis? Quæ dicuntur acquisitiua, & exigunt nominatiuū ante se, & post se datiuum: vt Ego indulgeo amori nostro.

Seruio	is	ui	tum	
Inseruio	is	ui	tum	per seruire.
Faueo	is	ui	tum	
* Aspiro	as	aui	atum	per fauorire.
* Benefacio	is	eci	ctum	per ben fare.

Derogo	as	ui	atum	per detrazere.
Detraho	is	xi	ctum	per blasmare.
Studeo	es	ui	ca,sup.	per studiare.
Hæreo	es	si	sum	
Inhæreo	es	si	sum	
Adhęreo	es	si	sum	per accostarsi.
Obuio	as	aui	atum	
Occurro	is	ri	sum	per incontrare.
Succurro	ris	ri	ursum	
Subuenio	is	ni	tum	per soccorrere.
Prouideo	es	di	sum	per prouedere.
Placeo	es	ui	tum	per piacere.
Displiceo	es	ui	tum	per displacere.
Proficiu	is	eci	ctum	per far profitto.
Parco	cis	pepci	sum	
Indulgeo	es	si	tum	per perdonare.
Pareo	es	ui	caret	supino.
Obedio	is	ui	tum	
Obtempero	as	aui	atum	per vbidire.
Annuo	is	ui	tum	per consentire.
Abnuo	is	ui	tum	per sdegnare.
Soluo	is	ui	tum	per pagare.
Caueo	es	ui	tum	per guardarse.
Obsisto	is	stiti	atum	
Obsto	as	titi	atum	per resistere.
Repugno	as	aui	atum	per repugnare.
Consulo	is	ui	tum	per consigliare.
Debeo	es	ui	tum	per esser debitore.
Satisfacio	cis	eci	ctum	per sodisfare.
Incumbo	is	ui	tum	per attendere.
Sapio	is	ui	tum	per hauer sapore.
Aquiesco	is	ui	tum	per star contento.
Vaco	as	aui	atum	per mancare.

❡Hæreo quot significationes habet?duas.Aliqñ enim significat adhærere, vt Hæreo patiēti.Aliqñ dubitare,& tunc est absolutum,vnde fit frequentatiuum hęsito,vt Iuu.Et tamen hęret.Et dubitat alta Chionem deducere sella.
❡Placeo quomodo facit præteritum?placui,& placit⁹ sum.Sicut etiam pleraq; alia neutra.Iuro iuraui,& iuratus sum.Prandeo prandi,& pransus sum. Cœno cœnaui,& cœnatus sum.Careo carui,& cassus sum.Pateo patui, & passus sum. Titubo titubaui, & titubatus sum. Poto potaui,& potus sum. Potatus tamen,cœnatus,& iuratus aliquando passiue capiuntur: vt E poto medicamento efflauit animam,& Iratus discessit,& Incœnatus iuit cubitum.

¶ Caueo pōt etiam inter actiua cōnumerari septimi ordinis: & eius passiuū est caucor: vt Caue tibi.i.attēde ne qd mali tibi accidat. Pōt ēt iungi cū ablatiuo cū præpositione: vt Caue ab illo. Itē cū actō: vt Caue illū. Item cum alio verbo: vt Caue cadas. Vbi notandū est: ꝙ cum negatione, & sine negatione eadem est significatio: vt Caue cadas: & Caue ne cadas, idem significant.
¶ Seruio, & inseruio qūo differūt: Illud necessitatis est. hoc voluptatis. Consulo: debeo: & sapio interdū hñt ēt post se actūm: vt Cōsulo tibi cōmodū tuū: & Debeo tibi talentū: & Carmina sapiūt demorsū vnguē. Sed tūc consulo, & debeo sunt actiua: sapio vero nō est actiuū: sed figurata est hęc locutio: Sapit mel: hoc est saporē hēt mellis: quēadmodū fit in qbusdam aliis verbis actiuis, passiuis, & neutris: vt Ille agit vxorē.i.agēdo rep̄sentat vxorē. & Vxor temulēta vomit maritū.i.vomitu sparsit maritū. & Tu viuis Bacchanalia.i. viuendo Bacchanalia exerces. Sonas asinū.i.sonādo fers asinū. & Epistola redolet antiquitatē.i.bñ olēdo rep̄sentat antiqtatē. Ad hæc dicūt aliqui: Expuisti n.et exsibilasti me: execrasti me.i.expuendo: exsibilando: execrando derisisti me.
¶ Quod verbū ex his cōtrariā sibi hēt significationē, cū abltō iungi'. Vaco. Ná si dtō iungi', signat do operā: vt Vaco lrīs. Si vero abltō, signāt cōtrariū: vt Vaco curis: hoc ē careo. Si vero absolute pona', vacare interdū significat supfluū esse: vt. xv. carmina vacāt.i.abūdāt, & supflua sunt. Interdū cōmodū ēē, & otiosum esse: vt Si vacat nr̄os audires labores.i.si cōmodū, & si otiū ē st.
¶ Quæ sunt verba neutra quarti ordinis, q̄ trāsitiua dicun': & exigunt ntūm añ se: & post se actūm: sicut actiua: vt Tu aras terrā: & Ego sero agrū. Pōt etiā addi datiuus: vt Virg. En quis cōsueuimus agros: & hñt passiuū in tertiis personis in vtroq; numero: vt Terra aratur a te: & Agri serun' a me. Poetæ tñ per ꝓsopopeiam vtuntur etiam aliis personis: vt si terra loquēs, dicat Aror.

Aro	as	ui	tum	per arare.
Colo	lis	ui	ltum	per lauorare.
Sero	is	ui	tum	per seminare.
Insero	is	rui	tum	per incalmare.
Consero	is	ui	tum	per porre.
Planto	as	aui	atum	per piantare.
Poto	as	aui	atum	
Bibo	is	bi	tum	per beuere.
Manduco	as	aui	tum	
Edo	is	edi	esum	
Comedo	is	edi	esum	per mangiare.
Cœno	as	aui	atum	per cenare.
Coquo	is	xi	ctum	per cocere.
Digero	is	si	stum	per padire, e consumare.
Sorbeo	es	ui	caret	supino.
Absorbeo	es	ui	ca. su.	per ingiottire.
Mingo	is	xi	ctum	per pissare.

Sco

Suo	is	ui	tum	per cusire.
Dissuo	is	ui	tum	per discusire,
Neo	nes	eui	tum	per filare.
Glomero	as	aui	tum	per inaspare.
Texo	is	xui	xtum	per tessere.
Voluo	is	lui	tum	per volgere.
Euoluo	is	ui	tum	per disuolgere.
Inuerto	is	ti	sum	per rouersare.
Retexo	is	ui	tum	per tessere.
Implico	as	ui	itum	per auuiluppare.
Impedio	is	iui	itum	per impedire.
Explico	as	ui	itum	per disuiluppare.
Misceo	es	cui	stum	per mescolare.
Frango	is	egi	ctum	per rompere.
Scindo	is	di	sum	per spezzare.
Findo	is	di	sum	per sfendere.
Diuido	is	di	sum	per spartire.
Incido	is	aui	sum	per tagliare.
Seco	as	ti	atum	per seccare.
Amputo	as	aui	atum	per mozzare
Aedifico	as	aui	atum	per edificare.
Molo	lis	ui	litum	per masinare.
Pinso	sis	ui	stum	
Contundo	is	di	sum	per pistare.
Pingo	is	xi	ctum	per dipingere.
Terebro	as	aui	atum	per forare.
Vello	lis	li	sum	per cauare.
Condio	di	ui	tum	per condire.
Puto	as	aui	atum	per podare.
Meto	is	ssui	ssum	per medere.
Tero	is	ui	tum	per tritare.
Vindemio	as	aui	atum	per vindemiare.
Inhibeo	es	bui	tum	per siar la naue.
Pitisso	as	aui	atum	per gustare.
Prægusto	as	aui	atum	per far la credenza.
Trituro	as	aui	atum	per battere il grano.
Ventilo	as	aui	atum	per auuentare.
Pulso	as	aui	atum	per battere.

¶ Nota, q̄ Sero seris seui satū, significat idē q̄d semino. Q̄ñ aūt facit in supi no sertū, sigñat plātare: vt Serit arbores. Virg. Inserere nunc Melibœe piros. Inde dr̄, Ager cōsitus. i. plenus arboribus. Sigñat ēt ordinare: vñ dr̄ series. i. ordo. & desero, i. derelinquo. & serio aduerbiū: cuius cōtrarium est ioco. Ins

Reg. Sipon. E

terdum significat inserere,& p ordinẽ miscere,& intexere:vñ serta dicunt corollæ floribus intextæ.Dicunt ẽt ipsæ coronæ sertæ:hoc est ĩtextę flor b⁹. Lucanus:Accipiũt sertas nardi de flore coronas.Inserit ẽt ramus ĩ arbore. Cõserere ẽt significat seminare,& plãtare. Virg. En qs cõseuimus agros? Possumus tñ dicere:Seui triticũ in agro:& Seui agrũ tritico. Cõseui hortos arboribus:& Conseui arbores in hortis. Inseui malũ ramusculo piri: & Ramusculũ piri in malo inserui:vnde fit satio, & insitio, quæ duplex est: & cum infixo trunco sterili inseritur surculus fœcundæ arboris:& cũ germen alienæ arboris inserimus libro inciso cortice. ¶Putare ꝓprie est resecare,quæ superflua sunt:vnde dicimus putare vites: Et veteres dicebant Argentũ putũ,i. purgatissimũ. Hinc fit amputare:quod est resecare: ꝓpterea putare dicit quia cogitando quasi resecamus,quæ superflua sunt:&,quod melius sit, mente concipimus. Hinc descendunt etiam disputare,deputare,reputare,computare.

¶Pitisso quid proprie significat? Parce vinum gusto: quasi tentandi gratia. Terentius:Pitissando multum vini ab sumpsisti hodie. Tale est,verbum quo Plautus vtitur,cyatisso. Quanquam sexti ordinis potius sit: vt cyatisso apud te quando poto. Tale est etiam græcisso.

¶Ventilare quot modis construitur? Dicimus ventilare triticum : hoc est ventilando purgare. Ventilare aurum digitis sudantibus, dixit Iuuenalis. Dicimus etiam ventilare faciem,& corpus flabello.

¶Pulsare ꝓprie ẽ ꝑcutere:vt Pulsat pugnis pectora. Antiqui pulto dicebãt. Vñ fit vt significet ẽt canere,siue ludere: vt Pulsat citharã. Nec põt dici campana pulsat,sed pulsat,nec cãpanã sono,sed pulso. Possum⁹ tñ dicere: sono cãpana:sicut sono cithara,ablatiui casus:vt Virg. Cithara crinitus Iopas Personat aurata. Possum⁹ ẽt dicere:campana sonuit tertiã,& quartã horã:& Tertia hora pulsata est: & quarta hora pulsata est. Virg. Iamq; eadẽ digitis: iam pectore pulsat eburno. Aliqñ sono iungit cũ actõ. Virg. Nec vox hoĩem Sonat,i.exprimit sonando, & Siluæ resonãt Amaryllida,i.resonãdo exprimũt. Sunt quædã alia verba huius ordinis:quæ raro apud poetas in primis, & secundis personis in vsu sunt. In tertiis vero personis frequẽs est eorum vsus.

Pluo	is	ui	tum	per plouere.
Ningo	gis	xi	ctum	per neuegare.
Tono	as	aui	tum	per tonare.
Corusco	as	aui	tum	per balenare.
Fulmino	as	aui	atum	per fulminare.
Grandino	as	aui	atum	per grandinare.

¶In his nõ ponitur nominatiuus expressus, & subauditur Deus : vt Iupiter pluit hodie magnos imbres. Liuius tamen,& Valerius, Pluisse lapidibus dicunt. Et Virg. in Georgicis:Nec densior aere grando : Nec de concussa tantum pluit ilice glandis. Tantum hoc loco nominatiui casus esse videtur.

¶Quæ sunt verba neutra quinti ordinis? Quę effectiua dñr, & exigũt ante se nominatiuũ,& post se ablatiuũ sine ꝓpositione: vel actũm cũ prępositione

ob:aut propter:vt Ego caleo igni,vel ob ignem:aut propter ignem.

Caleo	es	ui	caret ſu.	per ſcaldare.
Frigeo	es	ui	caret ſu.	per hauer freddo.
Gaudeo	es	uiſus	ſum	per allegrarſe.
Pingueo	es	ui	caret ſu.	per ingraſſarſe.
Palleo	es	ui	caret ſu.	per impallidirſe.
Areo	es	ui	caret ſu.	per ſeccarſe.
Vireo	es	ui	caret ſu.	per inuerdirſe.
Tepeo	es	ui	caret ſu.	per intepidirſe.
Albeo	es	ui	caret ſu.	per imbianchirſe.
Nigreo	es	ui	caret ſu.	per innegrirſe.
Rubeo	es	ui	caret ſu.	per inroſſirſe.
Floreo	es	ui	caret ſu.	per fiorirſe.
Tumeo	es	ui	caret ſu.	
Turgeo	es	ſi	caret ſu.	per gonfiare.
Ferueo	es	ui	caret ſu.	per bullire.
Stupeo	es	ui	caret ſu.	per ſtupire.
Horreo	es	ui	caret ſu.	per hauere horrore.
Mœreo	es	ui	caret ſu.	per dolerſe.
Calleo	es	ui	caret ſu.	per farglie il callo.
Splendeo.	es	ui	caret ſu.	
Polleo	es	ui	caret ſu.	per reſplendere.
Liqueo	es	ui	caret ſu.	per manifeſtare.

¶Caleo p ſimplex l huius ordinis eſt: & ſignificat caleſcere: hoc ē calefieri. Per duplex ll.ſilr huius ordinis eſſe pōt & ſignificat callū facere : vt Nimio dolore obcalluit. Aliqñ quarti ordinis eſt;hoc ē neutri trāſitiui:& ſignāt callidū ſine aſtutū eſſe,& optime aliquid ſcire. Perſi. Dicenda,ſilendaq; calles.

¶Mœrere,qñ primā ſyllabā longā hēt cū diphthongo, ſignificat mœſtū eē, & aīo ægrū,& caret p̄terito: Nam mœſtus ſta ſtum nomē eſt, non participiū. Mereo vero hñs ſyllabā primā breuē:idē eſt quod mereor: & facit in præterito merui:ſicut mereor meritus ſum,vel fui:vt Ego merui laudē ſiue merit⁹ ſum laudē. Illud.n.neutrū:hoc deponens eſt trāſitiuū. Mereo ēt idē eſt:quod milito ſub ſtipēdio:vt Quintus meret ſub Ioāne Graccho.i.militat:& ē ſexti generis neutroꝝ,quæ abſoluta dīr. Dicūturq; a mereo:quod eſt pro mercede aliqd operor. Vnde ipſa merces d :potius q̄ a mercando. Hinc meretrices d.ctę ſunt ipſæ quoq; militiā ſuā exercētes:ac ſtipēdia ſua faciētes:& adiectiuum meritorius a um. Vnde ſcorta maſcula pueri meritorii vocant. Hinc ēt tabernę meritoriæ dicunt. Et apud A. Celliū. Lais meretricādo magnā pecuniā demerebat. Mereo etiam & mereor qñ poſt ſe ablтūm hñt cum præpoſitione de,ſigñant tractare:vt Ego bene mereor de te. Antonius male meritus ē de militib⁹ ſuis,ſiue Male meruit de militibus ſuis. Virg. Si bene quid de te merui. Sic dicūtur etiā promereo,& promereor,commereo,& cōmereor. In-

ter quæ hęc dr̃ia est:q̧ promeremur bona: cõmeremur mala. Demereri etiã dicimus.i.benemereri: vt Quint. Vt pleniori obsequio demerer amantissi- mos mei. Vñ male vsurpãt aliqui demerita p̱ vitiis. Emeriti milites dñr, qui ob ingrauescenté ætaté ab onere militandi liberantur, nec amplius merent.

¶ Quæ sunt verba neutra sexti ordinis? Quæ absoluta dicuntur: & exigunt ante se nominatiuum: post se autem nullo indigent casu: vt Deus est: ego viuo: tu quiescis. Quãq̃ possit esse ablatiuus cum in, vel sub, vel alia huiusmodi præpositione: vt Deus est in cœlo, Nos viuimus sub Romano Pontifice.

Viuo	is	xi	ctum	per viuere.
Occumbo	is	ui	tum	
Obeo	is	ui	tum	
Pereo	is	ui	tum	
Occido	is	di	sum	per morire.
Dormio	is	ui	tum	per dormire.
Deficio	is	eci	ctum	per mancare.
Quiesco	is	eui	tum	per riposarsi.
Iaceo	es	cui	ca. su.	per giacere.
Sedeo	es	di	ssum	per sedere.
Sto	as	eti	atum	per stare.
Surgo	is	xi	ctum	per dirizzarse.
Maneo	es	si	sum	per star fermo.
Remaneo	es	si	sum	
Resto	as	stiti	atum	per restare.
Cado	is	cecidi	sum	per cadere.
Ruo	is	ui	tum	per rouinare.
No	as	aui	atum	
Noto	as	aui	atum	per nuotare.
Nauigo	as	aui	atum	per nauigare.
Emergo	is	si	sum	per vscir fuora.
Volo	as	aui	atum	per volare.
Salto	as	aui	atum	per saltare.
Laboro	as	aui	atum	per affaticarse.
Sudo	as	aui	atum	per sudare.
Ludo	is	si	sum	per giuocare.
Vigilo	as	aui	atum	per vigilare.
Titubo	as	aui	atum	
Nuto	as	aui	atum	
Vacillo	as	aui	atum	per vacillare.
Labo	as	aui	atum	per cascare.
Hio	as	aui	atum	
Hisco	is	ca. sup.		per abadacchiare.
Euado	is	si	sum	per scampare.

Vesperasco is it per farse notte.
Lucesco is it per farsi di.

Viuo, volo as, & aliqua alia ex supradictis habent aliquando etiam post se ntũm, vt Viuo felix: Hæc auis volat hilaris. Viuo etiã aliquando habet accusatiuum post se, vt Viuo vitam: sicut etiã dicimus: Obeo mortem. Dicimus etiã: Iste viuit asinum: & li viuunt Bacchanalia: idest viuendo sequuntur asinum & Bacchanalia: queadmodum etiam dicimus: Tu euigilasti prælia. i. euigilando scripsisti. A viuo deriuaẽ victus: qđ verbum alimoniã significat: vt Virg. Tum victu reuocãt vires. & Teren. Semper erit præsidium Clitipho victus, vestitus. Q, ñ actũm habet viuo, actiuum est primi ordinis: vt Viuo ætatem: vnde & passiuũ habet: Iam tertia viuiẽ ætas, hinc fit Cõuiuo conuiuis conuixi conuictum per viuere, e far vna spesa insieme. Inde cõuictores, qui simul viuunt. Sed duo hęc, Cõuitator, qui ad conuiuiũ inuitat. & cõuiua: qui inuitatur, a cõuitor vitaris verbo deponenti habent originem. Titubare est eius, qui non põt insistere pedibus, vt faciunt ebrii, atq; ægroti, trãsfertur q; ad animum, vt Ille titubat. i. mõ ait, modo negat, & nescit qui loquaẽ. Nutare est alicuius magnæ molis ruinam minantis, & transferẽ ad aĩum. Labare est repẽte ruere, vt Labat turris: & ad animũ quoq; transferẽ, vt Labascit ille vno verbo tam cito. Et differt a labor laberis. Nam labi est leuiter, & sensim deorsum ire. Item ab elabor elaberis: quod est periculũ fugio: vt Hic est elapsus .i. periculum aufugit: instar anguillæ, quæ elabens manibus fugit.

Quid interest inter hiare, & hiscere? Hiare est aliquid sua spõte aperiri externa aliqua vi: vt hiat tellus, siue lignum. Hiscere est oris tm̃, & quidẽ humani. Et capiẽ pro loqui, vt Non audeo hiscere. Sum es est, qñ absolute ponitur. i. solum vnũ ntũm ante se habens, huius ordinis neutrorũ est, vt Deus est: & Semper erit inuidia, & hmõi. Iungiẽ aũt & cũ gtõ quinq; modis. Primo, qñ significat possessionem: vt Hoc pecus est Melibœi. Secundo, quãdo notat laudem, vel vituperationem, vt Hoc pecus est magnæ vtilitatis, vel magni detrimenti, cuius loco aliquando ponitur ablũs, vt Catilina fuit magna vi corporis, & animi. Tertio, quando nullum habet ntũm, sed genitiuum cum infinitiuo, & significat interest, vt Discipuli est honorare magistrum. Quarto, quando sumitur pro valet, & ad pretium tendit, vt Quanti est sumito, pro quantũ valet. Cæsar, Tanti eius apud se gratia ostendit vti & reip. iniuriam, & suum dolorem, & eius voluntati ac precibus condonet. Quinto, quando mansionẽ significat, vt Ego sum domi meæ: Tu es domi tuæ. Itẽ domi nostræ, domi vestræ, domi alienæ. Vbi notãdum est, q; aliis adiectiuis nõ iungereẽ, neq; enim diceremus: Ego sum domi honestę, & domi pulchrę, sed in domo pulchra, & in domo honesta. Et licet dicere, Sum domi, & i domo, sicut egredior domo, & egredior e domo. Iungiẽ etiã sum cũ dtõ, & signãt habeo, vt Sũt mihi bis septem præstãti corpe nymphæ. Item cũ duobus datiuis, vt Tua verba sunt mihi contẽptui. Itẽ cũ dtõ, & infinitiuo sine nominatiuo, vt Non est cuiquam fallere. Itẽ cum accusatiuo cum præpositione, vt Hæc est apud Virg. Item in

ablatiuo sine præpositione: vt Hæc est præstanti corpore. Item cum ablatiuo cũ præpositione in: vt In mea manu est. Itẽ Penes vos est. Est aũt, Penes esse, non apud aliquem esse: sed in manu, & quasi in potestate alicuius esse. Aliqñ etiam, Est, idem, significat, quod, vergit, & expositũ est: iungiturq; accusatiuo cum præpositione ad: vt Cæsar: Aquitania a Garunnia flumine ad Pyreneos montes, & eam partem Oceani, quæ est, ad Hispaniam pertinet. Aliquando iungitur cũ infinitiuo sine aliquo casu: vt Cernere erat: idest cernere licebat. ℂ Pernoctare, est totã noctem insomnẽ ducere. Peruigilare ẽt idẽ significat: sed, in hoc differũt: q; illud noctẽ dũtaxat, hoc ẽt die, fit, vñ pernox, & peruigil. ℂ Quæ sunt verba neutra septimi ordinis: Quæ imperfecta dicũtur, & exigunt nominatiuum ante se, & post se obliquum cum præpositione: nisi fuerint nomina aduerbialiter posita: vt Eo in vrbe: Eo domum.

Abeo	is	ui	tum	
Discedo	is	si	sum	
Recedo	is	si	sum	per partirse.
Eo	is	iui	itum	
Vado	is	si	sum	
Incedo	is	si	sum	
Pergo	is	xi	sum	per andare.
Venio	is	ni	sum	per venire.
Introeo	is	iui	tum	per entrar dentro.
Exeo	is	ui	tum	per vscire.
Transeo	is	ui	tum	per passare.
Transmigro	as	aui	atum	per trapassare.
Contendo	is	di	tum	
Certo	as	aui	atum	per combattere.
Curro	ris	ri	sum	per correre.

ℂ Pergere, proprie est iter, aut rem aliã inceptam prosequi. ℂ Venio, apud doctos frequenter ponitur pro eo: vt Veniebam ad illum: sicut cõtra eo pro venio, vt Eo ad te. Et ambo coniunguntur cũ datiuo sine ꝑpositione: vt It clamor cælo: venturaq; desuper vrbi. & Hostes veniunt excidio: hoc est ad excidium. ℂ Migrare, est domicilium mutare, & alio se ad habitandum conferre, Remigrare, est oppositum: hoc est ad primum domicilium reuerti: & iccirco homines, qui obeunt migrare ex hac vita dicuntur. Transmigrare, est lõgius ad habitandum ire. ℂ Eo, & iter facio, idem sunt: sed non est idem, Viam facio, & iter facio. Nam facere iter, est ire, seu viam ingredi: facere viam, est aperire transitum per quem iri possit. Munire aũt viam, idem est, qđ reficere, repugnare, sternere silicib⁹, quando vel contriti sunt silices: vel forte deficiunt. ℂ Incumbere, est toto aĩo, siue corpore alicui rei insistere: & aliqñ est huius ordinis, vt Incũbo in studia, & ad studia philosophiæ. Aliqñ est ordinis acq̃sitiuo & neutrorũ, vt Incumbo studiis philosophiæ. Sed illud animaduertendũ: q; quando ad animum refertur, vtriusq; ordinis est: quãdo autem ad corpus

dũtaxat,tertii ordinis:hoc est acquisitorum:vt Incũbo remis. Non enim dicer x mus:Incũbo in remos:neq; ad remos. Currere in agrũ dicimus,si sim⁹ ee tra agrum. Si aũt simus in agro,dicimus: Curro in agro. Nam hæc quatuor præpositiones:in,sub,super,& subter,quoties motum significant,iunguntur accusatiuo:quando autem nõ significant motum de loco ad locum, iungun tur ablatiuo:vt Tytirus recubat sub tegmine fagi: Nos quiescimus sub tecto: & Nos eamus ad tegmen fagi:Reducamus nos sub tectum. Nauta cecidit in vndas,non enim vndis:& Hostes labuntur super hostes, non super hostibus.

Quæ sunt verba neutra octaui ordinis? Quæ neutra passiua dicuntur: q; in voce actiua instar passiuorum construuntur: vt Discipuli vapulant a præceptore, & sunt quinq;.

Exulo	as	aui	atum	per esser bandito.
Luceo	es	ui	tum	per,essere appretiato.
Vapulo	as	aui	atum	per esser battuto.
Væneo	is	ui	tum	per esser venduto,
Nubo	is	psi	tum	per esser maritato.

Exulo cuius figuræ? Cõposite. Ex quot dictionibus cõponit? ex tribus:vna itegra,& duab⁹ corruptis:hoc est ex ppõne ex,& solo noĩe,& eo verbo. Exulo enim est ex solo eo:hoc est extra solũ eo. Sunt enim exules qui natali solo priuantur,q dicunt ẽt extorres: q̃si extra terrã suã euntes. Dr̃ aũt: Exulare de loco,& ĩ loco:vt Donat⁹ affirmat:vt Nos exulam⁹ Roma:& exulam⁹ Viterbii: idest extorres Roma habitamus Viterbii: q locus exilii nobis assignatus est.

Nubere dicitur de mulieribus tantum,vt Hęc puella nupta est a patre formoso adolescenti. Dicitur autem nubo a verbo obnubo, quod est obtego: & cooperio:q; sponsæ ad virum proficiscentes pudoris gratia obnupta: idest cooperta facie proficiscebantur. Hinc nuptæ.i.sponsæ. Reperitur tamen apud veteres nouus nuptus pro sponso.

Liceo lices in vsu est:vt Tu licebis a me paruo p̃tio. Rep̃it̃ tñ ẽt deponens, liceor,cũ frequẽtatiuo eius licitor,q̃ cũ accusatiuo iũgunt, & significant vltra pciũ deferre in actione facienda. Hinc fit polliceor,quod est spõte promitto.

Quæ sunt verba neutra noui ordinis? Quę neutro passiua dicuntur: & in præteritis,atq; in his,quę a præteritis formantur, declinantur sicut passiua: in cæteris vero temporibus seruant vocem actiuorum:

Gaudeo	es	sus	sum	per allegrarse.
Fio	is	ctus	sum	per esser fatto.
Confido	dis	sus	sum	per confidarse.
Soleo	es	tus	sum	per solere.
Audeo	es	sus	sum	per ardire.

De Verbis Communibus.

Quæ sunt verba communia? Quæ in voce pa[illegible] actiuam,q̃ passiuam habent significationem:vt Ego criminor te: Ego [illegible]e. Tu veneraris Deum:Deus veneratur a te.

Largior	ris	tus	sum	per donare, & esser donato.
Experior	ris	tus	sum	per prouare, & esser prouato.
Veneror	ris	tus	sum	per honorare, & esser honorato.
Moror	ris	tus	sum	per aspettare, & essere aspettato.
Criminor	ris	tus	sum	per incolpare, & essere incolpato.
Amplector	ris	xus	sum	p abbracciar, & eẽre abbracciato.
Osculor	ris	tus	sum	per basciare, & esser basciato.
Hortor	ris	tus	sum	per confortare, & esser confortato.
Interpretor	ris	tus	sum	per esponere, & essere esposto.
Hospitor	ris	tus	sum	per albergare, & essere albergato.

¶ Largior, experior, veneror, moror, osculor, hortor,
Criminor, amplector, interpretor, hospitor adde.

¶ Moror vltra ꝓpriã signãtionẽ suã, q̃ est expectare, aut expectari, significat ẽt retinere, aut tardare, vt Quid oẽs venientes ad te tm̃ remoraris. Tm̃ retines. & Teren. Ne vestrũ remorer cõmodũ. i. retardẽ. Aliquando etiam capit moror pro hæreo. i. dubito, vt Nihil moror, idest nihil hæreo, nihil dubito. ¶ Osculor vñ dr̃: Ab ore, ꝗ basiãdo os rei, quã basiamus, 'adiungit: vnde dr̃ osculũ. i. basiũ, q̃q̃ osculũ sigñat ẽt paruũ os: vt meum osculum, meus ocellus. ¶ Hortor p aspirationẽ scribit dr̃ıx cã. Nã veteres horto dicebãt, & iõ aspirabãt, vt ab orto noĩe differret: & eius oppositũ est dehortor. Dicimus autem, Hortor filium tuũ ad virtutẽ, tu vero a virtute dehortaris. ¶ Hospitari est recipere, vel recipi queq̃ in domiciliũ amice. Inde fit hospes cõis gñis, & hospita fœminini, vt sospes, & sospita. Inde dr̃ hospitiũ, qđ nõ sigñat diuersoriũ, & cauponã, siue tabernã vinariã (vt aliq putãt) sed vis amicitiæ, q̃ est iter hospites: hoc est amicos externos. ¶ Patior Donatus vult esse cõe verbũ. Dicimus enim Patior te, & patior abs te. Priscianus ĩ numero quorũdã deponẽtiũ posuit, q̃ passiuã hñt constructionem, vt Nascor a te, orior a te, moror a te. Multa quoq;, ꝓter ꝓdicta, apud veteres cõia reperiunt, vt Virg. Nũc oblita mihi tot carmina, & aggredior. Cic. Vt a te aggredere donis. Et stipulor, in quo verbo attẽdendũ est, ꝗ tã in actiua, q̃ in passiua sigñatione ablt̃õ iũgit, vt Stipulor a te, p interrogo te, & interrogo abs te: quemadmodum dicimus: Quæro a te: pro interrogo te: quis sit actiuũ, vt Iuuenalis. Quãtũ vis stipulare, & ptin⁹ accipe qđ do. subaudit a me, & actiue hoc loco accipit. Suetonius vero passiuũ posuit: Quæ vetat minorem annis. 15. stipulari, hoc est interrogari.

¶ De Verbis Deponentibus.

Quod est verbũ Deponens? Qđ in voce passiua vel actiuam, vel passiuã deponit sigñationẽ. ¶ Quare dr̃ deponens? Quia non hẽt vtranq; significationem, sicut cõmune, sed alteram deponit vel actiuam, vel passiuam. ¶ Quot sunt ordines verborum deponentium? Septem, possessiuum, acquisitiuum, transitiuum, effectiuum, absolutum, imperfectum, vocatiuum. Quæ sunt verba deponentia primi ordinis? Quæ possessiua dñr, & exigũt nõm̃ nĩ ãn se, & post se gt̃m, vel ablt̃m sine ꝓpõne, vt Dii vescunt ambrosia.

Vtor	ris	ſus	ſum	p vſare, e p operare in coſe utile.
Fruor	ris	ſtus, vel itus	ſum	per vſare con diletto.
Abutor	ris	ſus	ſum	per vſare male.
Fungor	ris	ctus	ſum	per vſare officio.
Potior	ris	tus	ſum	per ottenere coſe deſiderate.
Veſcor	ris	ſine	ſupino	per vſare cibi.
Recordor	ris	tus	ſum	per ricordarſe.
Obliuiſcor	ris	tus	ſum	per dimenticarſe.
Miſereor	ris	tus	ſum	per hauere miſericordia.

¶ Vti, & frui differũt. Nã frui eſt cũ delectatiõe vti. Vñ Theologi Frui transferũt dũtaxat ad res diuinas, & peccatũ dñt eſſe: ſiqs vel vtat rebus diuinis, vel fruat humani. Scriptores aũt vtuntur hoc verbo ẽt in rebus humanis quoties nõ neceſſitate, ſed delectatione vtimur, verbi grã: Si amici pſocinio in aliqua cã egemus, dicimur Vti amicitia illius. Si vero nulla cã intercedente ex amici cõſuetudine ſermone, aſpectu, pñtia voluptatẽ capimus, frui dicimur amicitia illius. Hinc dr̃ fructus, & ex vtroq; verbo cõpoſitũ vſufructus. Fruor enim ſupinum facit fructum, vt Cic. in Hortenſio: Et amoenitate ſumma ſemp fructus. Vulpianus tñ ad Sabinũ, Fruiturũ dixit, nõ fructurũ: quemadmodũ ab ortũ oriturũ dicimus, nõ orturũ: a pertum periturũ, nõ perturũ: ab erutum eruiturũ, non eruturũ. ¶ Potior potitis, vel poteris cũ ſecundo, quarto, & ſexto caſu iũgitur, & eſſe põt tertiæ, & quartæ coniugationis: vt orior, morior: ſed infinitiuus facit mori ſm tertiam: & oriri, & potiri ſm quartam coniugationem.

¶ Quæ ſunt verba deponentia ſecundi ordinis? Quæ acquiſitiua dicitur, & exigunt ante ſe nominatiuum, & poſt ſe datiuum, vt Ego auxilior tibi.

Auxilior	ris	tus	ſum	
Adminiculor	ris	tus	ſum	
Opitulor	ris	tus	ſum	
Suffragor	ris	tus	ſum	per aiutare.
Imitor	ris	tus	ſum	per imitare.
Iniurior	ris	tus	ſum	per ingiuriare.
Blandior	ris	tus	ſum	per luſingare.
Minor	ris	tus	ſum	per minacciare.
Adulor	ris	tus	ſum	
Aſſentor	ris	tus	ſum	per conſentire.
Aſſentior	ris	tus	ſum	per adulare.
Medeor	ris	ſine	ſupino	per medicare.
Aduerſor	ris	tus	ſum	per contraſtare.
Obſequor	ris	tus	ſum	per ſeruire.
Moderor	ris	tus	ſum	per temperare.
Fœneror	ris	tus	ſum	per dare ad vſura.
Congratulor	ris	tus	ſum	p rallegrarſe, e far [illegible]a.
Inſidior	ris	tus	ſum	p inſidiare, & aguai[illegible]are.

Dísomnor	ris	tus	sum	per signoreggiare.
Innitor	ris	tus	sum	per appoggiare.

¶ Misereor qdá ponũt huius ordinis cũ datiuo interdũ iungat: vt Miserere nobis. Tamen superioris potius ordinis est, & genitiuo iungitur. Virg. Nil nr̃i miserere, & alibi: Miserere laborũ tãtorũ. Miserere animi non digna ferentis.

¶ Miseror miseraris significat flere, & lamentari: & semper iungitur accusatiuo: vt ignarosq; viæ mecum miseratus agrestes.

¶ Medicor huius ordinis est, sicut medeor: & iungitur etiã cum accusatiuo: vt Medicatus sum tibi, & te. Inuenitur tamen etiam medico medicas. Virg. Semina vidi equidem in multos medicare ferentes: iungitur etiam cum datiuo. Virg. Et senibus medicantur anhelis.

¶ Moderor moderaris iungitur etiam cum accusatiuo: vt Imperator moderatur militibus, & milites. Terentius: Qui ex sua libidine moderatur nos. Minor, & eius frequentatiuum Minitor, habet post se datiuum: aliquando etiam accusatiuum: vt Tu minaris, vel minitaris mihi mortem, vel exilium.

¶ Iniurior, & Contrarior multis aliis modis v sitatius dicitur. Loco enim primi dicitur: Tu es mihi contrarius: Tu infers mihi iniuriam: Tu non es mihi æquus: Tu mihi iniuriam facis: Tu afficis me iniuria. Loco secũdi ponitur: Semper mihi aduersaris: Semper mihi repugnas: Sẽper mihi refragaris: Sẽper mihi obniteris: Semp mihi obstas: Semp mihi opponeris: Semp mihi contrarius es: Semper mihi aduersus es: Semper oppositus. ¶ Irasci, & succẽsere hoc differunt: q succensere est cum rõne irasci. ¶ Aemulari est inuidere. Est etiam sequi, & imitari: vt Ego æmulor Platonem. Vnde æmuli dicuntur non solum inuidi: sed etiam imitatores: vt Aemulus, atq; imitator sum Platonis.

¶ Quæ sunt verba deponentia tertii ordinis: Quę trãsitiua, siue actiua dicũtur: & exigũt ntũm ante se: & post se accusatiuũ: vt Ego sequor Imperatorẽ.

sequor	ris	tus	sum	
Insequor	ris	tus	sum	per seguire.
Persequor	ris	tus	sum	per perseguire.
Aggredior	ris	tus	sum	
Adorior	ris	tus	sum	per assaltare.
Furor	ris	tus	sum	per furare.
Prædor	ris	tus	sum	per robbare.
Populor	ris	tus	sum	per dar il guasto.
Opinor	ris	tus	sum	
Arbitror	ris	tus	sum	
Reor	ris	tus	sum	per pensare.
Percunctor	ris	tus	sum	
Sciscitor	ris	tus	sum	per domandare.
Vlciscor	ris	tus	sum	per far vendetta.
Fateor	ris	tus	sum	
Confiteor	ris	sus	sum	per confessare.

Adipiſcor	ris	tus	ſum	
Aſſequor	ris	tus	ſum	
Conſequor	ris	tus	ſum	per acquiſtare,& auanzare.
Solor	ris	tus	ſum	
Conſolor	ris	tus	ſum	per conſolare.
Opperior	ris	tus	ſum	
Preſtolor	ris	tus	ſum	per aſpettare.
Contemplor	ris	tus	ſum	per contemplare.
Operor	ris	tus	ſum	per operare.
Imitor	ris	tus	ſum	
Aemulor	ris	tus	ſum	per imitare.
Nitor	ris	xus	ſum	
Conor	ris	tus	ſum	per sforzare.
Dignor	ris	tus	ſum	per dignare.
Comparatiuũ qd est? Quod cum intellectu positiui, uel aliquo participe sensu positiui magis aduerbium significat, ut liberalior magis liberalis, & fortior magis fortis,& doctior magis doctius. ¶ Comparatiua cuius generis? cõmunis,p̃ter unũ duntaxat,qd est masculini,senior. ¶ Cõparatiua quẽ casum exigũt post se? ntũm cum q̃,uel ablatiuũ sine q̃ cum alio abltõ sighante excessum,& cum oībus casibus,quos hře posset positiuum suum ut Hoc dolium est plenius olei t lomel quam illud dolium tribus digitis. Verũ relatiua, & negatiua semper sine q̃ ablatiuo iunguntur,ut Nemo est doctior Platone.

¶ Cõpatiua unde formant? A noib⁹ adiectiuis sighantibus accidens, quod in-

cremētū,diminutionēq; suscipiat:vt ab albo albior. Vel a verbis, vt a detero deterior,qđ verbū(teste Seruio) minus bonū significat,nō peiorē. Virg. Cum duo sunt aplb⁹ reges:alterū deteriorē:hoc est min⁹ bonū:iubet necari: Deterior,qui vi sus eū ne prodigus adsit Dede neci. A potior:hic,& hæc potior,& hoc poti⁹. A pticipiis,q̄ tūc in nomē trāseūt:vt amans amātior. A ppōnibus, siue aduerbiis:vt extra exterior:vltra vlterior:q̄q̄ exter quoq; nomē reperiatur:vt Virg. Fas extera quærere regna. Antiqui aliquādo a pronominibus, & nominibus propriis cōparatiua,& superlatiua protulerent:vt ipse ipsior ipsissimus: Nero Neronior Neronissimus. ¶ Quemodo formantur comparatiua? A primo casu desinente in i:vt albus albi albior:fortis forti fortior.

¶ Quæ sunt cōparatiua anomala:atq; contra hāc regulā formant? Bonus melior optimus. Malus peior pessimus. Magnus maior maxim⁹. Paruus minor minimus. Dexter dexterior dextimus. Sinister sinisterior sinistissimus.

¶ Senex senior sine superlatiuo. Iuuenis iunior sine superlatiuo.

¶ Multū plus ī numero singulari generis neutri: in plurali omnis. A noīb⁹, quæ habent vocalem ante is,vel ante us comparatiua non formant. Sed accipitur magis aduerbium:& dicitur Magis arduus:magis tenuis:magis pius: quāuis tenuior apud veteres reperit:& Iuuenalis. Egregius dixit, pro magis egregiū: Egregius cœnat,meliusq; miserrimus horum. Nequā cōmune triū generum nequior format comparatiuum,& superlatiuum nequissimus.

¶ Ab aduerbiis,siue ppōnib⁹ desinētibus ī ra fiūt cōpatiua in erior, vt extra exterior,intra interior,vltra vlterior,citra citerior,infra īferior, supra supior, post posterior,ante anterior,prope propior. A sæpe comparatiuū nō inuenitur. Cato tñ suplatiuo vsus est,sępissimā discordiā fuisse dicēs. Pridē prior, cuius superlatiuū est primus,cū gtō iungat,& ad plures sui gnīs cōparetur. Virg. Primus se danaū magna comitāte caterua Androge⁹ offert nobis. Ergo prior de duobus: primus vero de pluribus dr̄: magnificentior & magnificentissimus,munificentior & munificentissimus,beneficentior, & beneficentissimus,q̄uis a magnificēs,munificēs,& benificens deriuari videantur: tamē hæc in vsu nō sunt:sed pro his vtimur magnificus,munificus,benefic⁹. Cato de rege Ptolemæo dixit: Optimo,atq; bñficissimo & Acci⁹ Magnificissimo, atq; excellētissimo honore. Teren. in Phor. At qn mirificētissimū. Comparatiuū sæpe p positiuo accipit, vt senior p senex. Nōnunq̄ significat minus:po sitiuo, vt Tristior & lachrymis oculos suffusa nitentes: p subtristis. Et qñ ad ptraria cōparat minus positiuo hic significat,vt si dicā:mare ponticū est dulcius,q̄ cętera hic oñdit parę aliqd dulcedinis habere plus,q̄ cætera. Cōparatiua sæpenumero diminutiuoų formā accipiunt a neutris:addita culus:vt maius maiusculus:& regimē seruant cōparatiuoų. Terent. Thais q̄ ego maiuscula est. Magis aduerbiū nō solū positiuo,sed ēt comparatiuo aliqñ iungit cū vel ad se,vel ad aliū comparat,vt Achilles fortior Aenea magis, q̄ iustior. & Aiax Vlyxe fortior magis,q̄ Diomede. Nota,q; quēadmodū dicimus: ego sum fortior,q̄ tu in noīatiuo casu:ita dicim⁹ ēt in obliquis: Iudico te doctiorem,

r[illegible] q̃ illu. Amo [illegible] magis q̃ [illegible] magis,q̃ [illegible] digro [illegible] ma
gis,q̃ [illegible]o,vel illud. Q. [illegible] cõparatiuo [illegible] multo [illegible] plus [illegible],q̃ superla
tiuũ. Cic de O[illegible]. Vale [illegible] Cicero [illegible]q; [illegible] mihi ca[illegible]
mum:sed multo fore [illegible] præterpulsoq; letabere.
¶ Cõparatio quoties fit apud [illegible] cõparatiuo vtuntur:
quoties vero ad plures [illegible] &
hoc ab eis factũ est vt [illegible] cõparatiui a [illegible] superlatiui [illegible]
vtriq;(hoc est cõparatiuo, & superlatiuo) [illegible] gtĩm tribuãt, cum careãt ablĩo.
Apud nos vero illa ambiguitas nõ [illegible] cõparatiuo abl[illegible] ad
vnũ,siue ad plura d[illegible] gtĩs referat. Tñ [illegible] Græcoꝝ [illegible]
lá. Latini ad formã Grecę cõstructionis [illegible],cõparatiuo gtĩm add[illegible] vtriq;
īter duo sit:vt Aiacũ fortior fuit Thelamonius. & manuu [illegible]
tres fuissent Aiaces:nõ fortior: sed fortissim⁹ diceren[illegible]: [illegible]
est lõgissimus. Vñ nõ licet dicere: Pyrrhus est doctor Sennat[illegible] doctissi
mus Sentinatũ. Virg Huic cõiux Sichęus erat ditissimus agri [illegible] &
Horati⁹ in Sermonib⁹:O maior [illegible],inquit,ad duos enim Pisonis filios,
patrẽq; scribebat. Ouidius in persona Medeæ,quæ duos filios habuit: Cu mi
nor e pueris iussus,studioq; [illegible] Constitit ad geminę limina prima foris.
& Cæsar in Cõmẽtario.x. In testam[illegible]to Ptolemæi p̃ris hæredes erant [illegible]
ex duobus filiis maior. Hic Cato maior,& minor. Scipio maior, & minor, de
duobus dicitur:de pluribus vero Fabius Maximus,& Valerius Maximus.
¶ Cõparatiuum igit̃ inter duo ponitur. Superlatiuum [illegible] mani
festissime ostendit Cic.cum ait in Pisonem [illegible]
mum. Quippe ædiles duo tñ erant,sicut duo censores,& [illegible]
aũt magĩratus plures erant. ¶ Nota hoc ẽt interesse inter cõparatiuum, &
superlatiuũ:q; dubitãdo,vel interrogãdo cõparatiuo vtrũ [illegible] superla
tiuo vero quid:cuius rei rõ est:q; comparatiuum de duobus d̃r;superlatiuum
de pluribus. Qu[illegible]n. Ita non tñ vtrum sit melius, sed quid [illegible]
tur.& Cicero: Vtrum potius,aut quid potissimum dicamus. [illegible]
qd etiam cũ comparatiuo,sed improprie. Vtrũ vero n[illegible]q̃ cum superlatiuo.
¶ Quot modis fit cõparatio? Quatuor:aut ab vna substãtia ad aliã: vt Ego
sum maior te. Aut ad seipsam: vt Sum ditior solito: vel ditior hodie, q̃ [illegible].
Aut ab vno accidente ad aliud:& tũc semp fere vtimur aduerbio magis: vt
Ego sum magis fortis,q̃ doctus. Aut ab vno actu ad aliũ: vt Ego malo vitam,
q̃ mortẽ:& magis lego,q̃ disco. Quot modis nõ p̃t cũ ablĩo iũgi cõparatiuũ?
Quinq;. Aut cũ cõparatiuũ ad duos fit:tũc eni eget gtĩo, vt Duoꝝ fratrũ ma
ior ẽ Mari⁹. Aut qñ nõ fuerit ablĩus:vt Dulci⁹ ẽ mare põticũ,q̃ cętera maria.
Aut qñ inter ipsa adiectiua fit cõparatio, vt Ego sum magis albus,q̃ niger, &
nõ nigro. Vel cũ inter ipsa verba fit comparatio:vt plura audio,q̃ credo. Vel
cũ dictio a q̃ fit exceptio fuerit in nrõ,vt Diomedes fuit fortior,q̃ Troiani om
nes:p̃ter q̃ Hector. Coniũctio enim exceptiua copulare debet similes casus.
¶ Quot modis nõ põt comparatiuũ regere ntĩm cũ q̃? Simil'r qnq;. Aut cũ

comparatio fit inter duos: hic enim omnino requirit genitiuum: vt Duorum fratrum maior est Marius. Aut cum non inuenitur nominatiuus: vt nihil est crudelius nece. & Nihil est ipsi seipso carius. Aut quando relatiuum est terminus comparationis: vt Virtus, quae nihil est homini melius. Aut quando ponitur cum dictione negatiua: vt nullo homine sis tardior. Aut quando dictio, a qua fit exceptio, fuerit in ablatiuo: vt Diomedes fuit fortior omnibus Troianis: praeterquam Hectore.

¶ De superlatiuo.

QVot est nomen Superlatiuum? Quod ad plures sui generis comparatum superponitur omnibus: vel per se prolatum positiui intellectum habet cum valde aduerbio. Quot sunt terminationes superlatiuorum? Octo. Duae frequentissimae in rimus, & in simus: & sex perrarae in limus, ximus, timus, remus, imus, nimus. Superlatiua in rimus desinentia quomodo formantur? A positiuis in r desinentibus, siue secundae, siue tertiae declinationis fuerint addita rimus: vt pulcher pulcherrimus: pauper pauperrimus. Excipiuntur dextimus, & sinistimus: pro dexterrimus, & sinisterrimus.

¶ Superlatiua in simus desinentia quomodo formantur? A genitiuis secundae declinationis addita s, & simus: & a genitiuis tertiae addita simus: vt locuplex locupletis locupletissimus. Excipiuntur a secunda, quae sunt anomala: bonus optimus: malus pessimus: magnus maximus: paruus minimus: multus plurimus. Et quae a facio componuntur: vt magnificus magnificentissimus: munificus munificentissimus: maturus maturrimus. Cicero tamen ad Herennium: In aetate, inquit, volit comparare maturissima: nuperus nuperrimus. Plau. Captum hominem nuperrimum, & nouitium: vetus veterrimus. A tertia vero excipiuntur, facillimus, difficillimus, gracillimus, humillimus, simillimus, dissimillimus. Excipiuntur etiam, quae in bris desinunt, quae ris mutata in er accipiunt rimus, vt saluber saluberrimus, celeber celeberrimus. Vetus & a veter quod olim in vsu erat, veterrimus facit. In ximus quot superlatiua desinunt? Duo: vnum maximus, & proximus: quod vocabulum dum pro cognato accipitur: significatum habet positiui. ideoque a scriptoribus legum saepe comparatiue profertur, vt proximiores, i. propinquiores cognati. In timus quot desinunt? Vnum duntaxat anomalum: optimus, & haec deriuata ab aduerbiis, siue praepositionibus: intra interior intimus: vltra vlterior vltimus: citra citerior citimus: extra exterior extimus: quod etiam pro postremo ponitur. Plautus in Truculento: Bona perdidi, mala repperi: factus sum extimus a nobis. Haec sunt ab aduerbiis, siue praepositionibus: supra superior supremus: extra exterior extremus: quae si essent a nominatiuo super, & exter seruassent regulam. In nimus quot superlatiua desinunt? Vnum duntaxat anomalum: minimus. In rimus quot superlatiua desinunt? Vnum, a verbo detero deterior deterrimus, & vnum anomalum: multum plus plurimus: praeter ea, quae secundum regulam formantur. Nouissimus licet a nouo superlatiuum sit tamen pro positiuo ponitur, & vltimum significat. A penes Plautus superlatiuum formauit penissime, in Cistellaria: Ira mea a filio peruenit penissime. A penitus penitissimus superlatiuum formatur: vt Ex penitissimis aedibus. Superlatiua, quae a praepositionibus veniunt ipsamque praepositionum exigunt casus: vt Arbor illa est proxime litus.

¶ A nequam, sicut supra de comparatiuis dictum est, fit superlatiuum nequissimus. Illud animaduerte

uertēdū diligēter ēꝙ q̄ p valde ſemp ꝯiūgit̄ ſuplatiuo,nunq̄ poſitiuo:vt q̄ for tiſſim⁹,& q̄ celerrime. Q.ñ vero q̄ accipit̄ p q̄tum:nunq̄ iūgit̄ ſuplatiuo:niſi ad dātur verba,poſſū,qō,valeo,& q̄cūq̄ de ſignationis ſūt: vt Dica q̄ breuiſſime potero:Feci q̄ optīe qui.Per vero nunq̄ iūgit̄ ſuplatiuo. Nec dicere poſſum⁹ p optim⁹,pdoctiſſim⁹. Ecōtrario aūt q̄,q̄ñ valde ſignat,nunq̄ iūgit̄ poſitiuo: nec ēt cōpatiuo:niſi forte cū p̄ve/ oppido, vel ſane, vel admodum, vel valde, vel nimis:tūc eni poſitiuo iūgit̄:vt ſeruiꝰ Sulpitius:Sane q̄ grauiter,ac mole ſte tuli,vt debui. A.Gellius:uoce admodū q̄ ſuaui: oppido q̄ libē,nimis q̄ im p.ū.Et Brutꝰ in Eplā:Suos valde q̄ paucos hēt, & itēꝝ Sane q̄ grauius ſum.

¶Per q̄ ēt vſitatius ēſt:vt p q̄ bonus,p quā pulchre,p quā doctꝰ.i.valde bonꝰ, valde pulcher,valde doctus.Per uero p ualde iungitur ſemp poſitiuo, ut p er pu'cher,pdoctus.Cum uero quā pro quātum accipitur,iungitur poſitiuo, ut Terentius: Relecit ſe in eā flens quā familiariter.i.quantu familiariter. & in Eunucho:Thuſcis quā intimum te habuerim,pro quantū. Sumitur enim hic intimus pro poſitiuo,quemadmodū proximus. Sic etiam iungitur compara tiuo:ut quā doctior eſt Ariſtotele Plato: idest quanto doctior. At qui dicunt: Narraui quambreuius potui,errant,dicendū eſt enim, quābreuiſſime potui.

¶Quod eſt coparatiuum,ſeu ſuplatiuum huius poſitiui pdoctus: Multo do ctior comparatiuum,& quā doctiſſimus,ſiue multo doctiſſimus ſuperlatiuū.

¶Per q̄ nūq̄ iūgit̄ cū ſuplatiuo. Nā qđ legit apud Q.Curtiū Beſſū quoq̄ Ba ctrianoꝝ ducē p q̄ maxie poſſet,exercitu coacto,deſcēdere ad ſe iubet. Error potiꝰ librarii dicedꝰ ēcū alia quoq̄ cōplura apđ eūdē auctorē corrupta ſint.

¶Multo ēt p ualde tā cōpatiuo,q̄ ſuplatiuo adiūgit̄:ut multo doctior,& lon ge doctior:multo doctiſſimꝰ,& loge doctiſſimꝰ.Suplatiuū gtō iūgit̄,& ablto & actō,ut Hector fortiſſimus Troianoꝝ,& multo maximꝰ, & pxime domū.

¶Cū ſuplatiuo iūgit̄ ſp q̄ſq̄,ois aūt nō iūgit̄. Nec q̄.n.dicēdū ē: Oīs optimus, ois peſſimꝰ,ſed optimꝰ q̄ſq̄,& peſſimꝰ q̄ſq̄.Et ſilr ſi ſuplatiua ī diuerſo caſu ponātur ſic: Maxia q̄q̄ fortitudine dēt hoſtibꝰ reſiſtere: Maxio q̄q̄ aīo caluī niatores deſpicit: Validiſſimi q̄q̄ corpis paret arma. Cōpatiuo uero ecōtra rio nō q̄ſq̄ cōuenit,ſed oīs:vt Quint.Scdo penates,& ora utiliora. Nec licet dicere:Boni q̄q̄,& ſapiētes q̄q̄,ſicut nō liceret dicere:Oēs optimi,& oēs ſapiē tiſſimi.Excipiūtur poſitiui,q̄ ſuplatiuo carēt,ut piꝰ,& ſtrenuꝰ.Dicimꝰ.n.Opti pꝰ,& pius q̄ſq̄. Salluſtiꝰ: Nā ſtrenuꝰ q̄ſq̄ aut occiderat in plio, aut grauiter, uulneratꝰ diſceſſerat.Ita numeralia,ut tertiꝰ q̄q̄,quartꝰ q̄q̄.nā primꝰ,& ul timꝰ ſuplatiua ſunt.Cicero:Prīo quoq̄ die cōſules ad ſenatū referāt.Ergo eſt dicēdū: Oī q̄nquageſimo anno fecimꝰ iubileū:ſed q̄nquageſimo quoq̄ an no.& ſic factū eſt:ut dicamus unuſq̄ſq̄,ſingularis q̄ſq̄.nā ſingulariſſimꝰ,quo pleriq̄ indocti utūtur,nō reperitur:ſicut ab unico nō reperitur uniciſſimus.

¶Quotus etiam iungitur cum quiſq̄,ut quotuſquiſq̄ eſt.i.quotcūq̄ ſint.

¶Illud quoq̄ notandum:q̄ quiſq̄ genitiuum pluralem non habet cū adie ctiuo duntaxat iunctum:ideo utimur genitiuo ſingulari pro pluralitū Opti mi cuiuſcunq̄ animus:pro bonorum omnium animus.

¶ Fa al meglio, & el piu presto che tu poi: Fac q̄ optime, & q̄ celerrime potes.

¶ Io sono assai piu grande de tutti i Viterbesi, che sono minori di me: & an-cho sono minore di quelli, che sono maggiori di me.

¶ Ego sum maximus omnium Viterbiensium minorum me: & oībus maioribus me.

¶ Essendo io nato a Roma sono maggiore de tutti quelli, che sono minori di me, e minori di quelli che sono maggiori di me.

¶ Ego, cū natus sim Romæ, sum maior oibus minoribus me, & maioribus me.

¶ Io son piu indotto di quelli, che sono piu dotti di me: e piu dotto de quelli che sono piu indotti di me.

¶ Ego sum indoctior omnibus doctioribus me: & oibus indoctioribus me.

¶ Io son minore de tutti quelli, che son maggiori di me: & ancho sono mag-giore di quelli, che sono minori di me.

¶ Ego sum minor omnibus maioribus me, & omnibus minoribus me.

¶ Io ho due dite nelle mani, iquali sono piu lunghi de gli altri, e due orecchie in capo, dellequali luna e maggiore.

¶ Ego habeo duos digitos in manibus cæterorum longissimos, & duas au-res in capite, quarum altera est maior.

¶ Tutti gli huomini fortissimi debbono con grande animo vincere quelli diletti del corpo, che sono piu brutti de tutti gli altri. Debet fortissimus quisq̄ magno animo superare eas voluptatem, quæ sunt cæteris fœdiores omnib⁹.

¶ In ogni dieci anni se refa il bussolo a Viterbo. Decimo quoq̄ anno fiunt comitia Viterbii.

¶ De Aduerbiis.

ADuerbia localia aut in loco significant, aut de loco, aut per locum, aut ad locum, aut versus locum, aut vsq̄ ad locum.

¶ Quæ sunt aduerbia significantia in loco? Hic, illic, isthic, intus, foris, ibi, ibidē, alibi, sicubi: vsq̄, nusq̄: sicubi [illegible], vbiq̄, vbicūq̄.

¶ Quæ sunt aduerbia significantia [illegible], illinc, istinc, intus, foris, vn-de, aliunde, sicunde, necunde, [illegible], inde, superne, infer-ne, cœlitus, fun-ditus, vtrimq̄, vndecunq̄.

¶ Quæ sunt aduerbia significantia per locum? Hac, illac, istac, ea, siqua, ne-qua, aliqua, & qua, & vtraq̄, & quacunq̄.

¶ Quæ sūt aduerbia significātia ad locū? Huc, illuc, istuc, intro, foras, vsq̄, nusq̄, eo, eodem, siquo, nequo, aliquo, & quo, supra infra, vtroq̄, & quocunq̄.

¶ Quæ sunt aduerbia significantia versus locum? Horsum, illorsum, istor-sum, dextrorsum, sinistrorsum, & quorsum, sursum, vel sursum versus: deor-sum versus, vtroq̄ versus, & quoq̄ versus.

¶ Quæ sunt aduerbia significantia vsq̄ ad locum, vel vsq̄ ad tempus? Huc-vsq̄, istucusq̄, illucusq̄, & quousq̄.

¶ Noia vrbiū ponunt p aduerbus in loco in gtō casu si primæ, vel scdæ decli-nationis sint, vt Sū hinc, fui illic, sum Romæ, fui Bononię, sum Tarēti. q̄ si plr tm declinent, ponunt i ablrō, vt Sū Bais, fui Thebis. Tertiæ vero declinatio-nis noia i abltō ponunt: vt Fui Carthagie, fui Tybure, fui Neapoli. Ponimus

etiam

etiam loco aduerbiorum,humi,domi,belli,militiæ,& ruri in datiuo:vt Sum humi stratus:dormio domi:terá ruri,belli,siue militiæ fortis sum.Reperitur etiã vesperi,& luci aduerbialiter sumi:vt vesperi ad te veni:vesperi ad te veniã:& luci similiter.Cicero in Philippicis:Quis enim audeat luci, & in militari via.

¶Pro aduerbiis vero de loco,& p locũ ponunt noĩa vrbiũ in ablãtõ casu cuiuscũq declinatiõis,& nũeri sint:vt Veniã illĩca ut trãseo illa:veio, aut trãseo Verona,Pataulo carthagine,Thebis:& sic domo,& humo,rure,militia, bello.

¶Pro aduerbiis vero ad locũ noĩa vrbiũ ponũtur ĩ actõ:vt Eo Romã,Tarẽtũ,carthaginẽ:eo illuc,venio istuc.Et sic eo domũ,humũ,rus,miliciã, bellum.

¶Si fiat interrogatio per quorsum:quomodo respondetur? Dextrorsum, sinistrorsum:vt versus Venetias:versus Thebas:versus Romam.

¶Si fiat ĩterrogatio p q̃:quo rñdet? Hac,illac,istac:Roma, Venetiis,p vrbem.

¶Si fiat interrogatio per quo: quomodo respondetur? Huc, illuc, intro,foras: Florentiam,Romam,Senas,rus.

¶Si fiat interrogatio per quousq;:quomodo respõdetur? Hucusq;,illucusq;: vsq; ad annum:vsq; Pisas:vsq; Vercellas:vsq; Perusium:vsq; ad vrbem: vsq; rus:vsq; domum,bellum,militiam,humum.

¶Noĩa virorum,ac mulierum ppria,itẽ noĩa appellatiua hoĩum,aĩalium,locorum: & aliarum q̃rũcũq rerum q̃rũt ppõnẽ:vt Sũ in vrbe,in agro,cũ Socrate. Eo in vrbẽ,ad agrũ,ad Socratẽ.Venio ab vrbe,ab agro,a Socrate.vel de Socrate. Trãseo p urbem,p agrum,p locũ in quo est Socrates.Eo uersus urbẽ, uersus agrũ, uersus Catonẽ.Eo usq; ad urbẽ:usq; ad agrũ:usq; ad Ciceronẽ. Interdum tñ poetæ omittunt ppõnẽ:ut Italiam Faro pfugus: Lauinaq; uenit Littora.Itẽ: Deuenere locos. Interdũ ẽt ppriis noĩbus additur præpositio: ut Cicero:Ea die Verres ad Messanam uenit.Aliqñ subauditur præpositio nominibus urbiũ:ut Virg.Non Libye,nõ ante Tyro despectus Hiarbas:nominaliter ponitur Tyro:nã si aduerbialiter ponere uoluisset: dixisset Tyri in casu genitiuo.

¶Supina etiam præpositione non egent:ut Eo cubitum: & Hoc est dignum relatu:pro Eo ad cubandum:& Hoc est dignum,q referatur.

¶Versus semper postponitur:ut Italiam uersus: Megaram uersus. Sallust. Quem locum Carthaginẽses Aegyptum uersus finẽ imperii habuere. Cic. de Diuinatiõe:Qui cũ exercitu lustrato Arretiũ uersus castra mouisset.Interdum huic aduerbio iungitur ad:ut Ad Oriẽtem uersus:ad occidentẽ uersus.

¶De Nominibus Etheroclitis.

Quæ sunt Nomina Etheroclita? Quæ non seruant declinationem aliorum nominum: ut

Pascua pascuæ.	Pascua pascuorum.
Epulum epuli.	Epulæ epularum.
Delitium delitii.	Delitiæ delitiarum.

A delitium fit delitiolum:quo uerbo utitur Seneca in Epistolis.

Carbasus carbasi.	Carbasa carbasorum.
Arbutus arbuti.	Arbuta arbutorum.

Intubus intubi. Intuba intuborum. Vir. & amaris intuba fibr's.
Pergamus pergami. Pergama pergamorum: ædificia sublimia Troiana. Naso: Pingit & exiguo pergama tota mero.
Cælum cæli. Cęli cælorum.
Altilis altilis. Altilia altilium.
Supellex supellectilis. Supellectilia supellectilium.
Tartarus tartari. Tartara tartarorum.
Supparus suppari. Suppara supparorum.
Tænarus tænari. Tænara tænarorũ: promõtoriũ Laconiæ circa finẽ Maleæ, vnde ad inferos dicitur esse descensus. Ostenditur enim ibi quædam prærupta vorago: per quam dicunt Herculem emersisse.
Mænalus mænali. Męnala mænalorum: mons Arcadiæ.
Auernus auerni. Auerna auernorũ: lacus prope Puteolos: dictus ab auibus: ꝙ superuolantes nimio fœtore decidant: vt Virgilius: Graue olentis Auerni.
Didymus didymi. Didyma didymorum: mons Phrygiæ.
Pileus pilei. Pilea pileorum.
Garganus gargani. Gargana garganorum: mons Apuliæ.
Gargarus gargari. Gargara gargarorum.
Pax: caret plurali nũero. Horatius dixit paces: Bella quis, & paces longum diffundit in æuum.
Vulgus. Vulgus neutrum caret plurali numero. Virgilius:
Pelagus. Scinditur incertum studia in contraria vulgus.
Humus. Sed hic vulgus hẽt pluralẽ. Cice. Saturnũ maxime colũt vulgi: raro tñ vtimur mascul. Virg. In vulgum ambiguas spargit voces.
Pus. Fas. Ir. non flectuntur.
Fors. Forte.
Tabi in genitiuo. Tabo in ablatiuo.
Nemo. Caret plurali.
Duo, ambo, & tria declinantur tantum in plurali. A quatuor vsq; ad centum sunt indeclinabilia.

Ilia. Compitalia.
Mœnia. Neptunalia.
Manes. Nundinæ.
Proceres. Calendæ. Carent singulari.
Penates. Nonæ.
Tenebræ. Idus.
Exta. Athenæ.
Arma. Thebæ.
Insidiæ. Mycenæ.
Artus. Venetiæ. Carent singulari.
Sponsalia. Zizania.

Diuitiæ arum.
Minæ. Induciæ.

¶ Pisces: pro signo cœlesti. Manes. Carent singulari.

¶ Cæsares: Catones: Aiaces: Fabios: Scipiones: pluratiue dicimus. Sed sic nõ sunt propria nomina: sed appellatiua, & æquiuoca.

¶ Soles, & Lunæ a poetis duntaxat pluratiue ponuntur: quia interdum plures videntur ad sensum oculorum.

¶ Sanguis, & puluis: vsu carent plurali.

¶ Mel: frumentum: hordeum: far: vinum: auctoritate habent pluralia.

¶ Aurum: argentum: ferrum: auricalcum: plumbum: stãnum: electrum: vtrũq; carent plurali: tamen æs habet æra in plurali in tribus casibus. Metallũ: quod est nomen generale: habet pluralem numerum per omnes casus.

¶ Triticum caret numero plurali. Frumenta tamen: hordea: pisa: fabas: lentes: in plurali numero inuenimus.

¶ Acetum, mulsum, oleum: & similia carent numero plurali. Mulsum est vinum mellitum. Inuenitur etiam aqua mulsa: hoc est mellita.

¶ Piper, zinziber, & fel, in vsu cõmuni non hñt pluralia. Mel: tres tantũmodo casus habet, ntũm, actũm, & vocatiuum, mella. Thus thuris thura. Rus ruris rura. Balneũ balnei hẽt pluralẽ balnea balneorũ, & balneæ balnearũ. Loc⁹ loci facit in plurali loca locorũ, & loci locorũ: vtrũq; idem significat: tñ loci in masculino significant etiam sedes argumentorũ apud rhetores. Iocus etiã ioca. & ioci habet in plurali. Balteus similiter baltei, & baltea habet in plurali.

¶ Rastrũ neutrũ: rastri & rastra habet in plurali. Addũt qdam, porrũ frenũ, claustrũ, filũ, capistrũ. ¶ Rabies, sanies, caries, pnicies, scabies: carent numero plurali cũ similib⁹ noib⁹ qntæ declinationis. Res tñ, & dies, acies, facies, pgenies, species, materies: hñt numerũ pluralem. Spes, tres tm̃ casus in plurali habet. Iuuenalis: Post dãnũ tpis, & spes deceptas. A quo noĩe cõpositũ est expes: habent ntm̃ dũtaxat, & vctũm. Cato facierũ dixit fm analogiam, sed non est in vsu. Verua, est plurale hui⁹ nominis, quod est veru: & reperiũtur dũtaxat duo casus: verua & verubus. Virg. Verubusq; trementia figunt. Fors non habet nisi forte, vt Fors fortuna. & Forte sua Libycis tempestas appulit oris. Tabi, & tabo dũtaxant reperit. Frugi indeclinabile est. Vicẽ dicimus. & vice: aliis casibus singularib⁹ raro vtimur, pluralis vero integer est. Precis, preci, precem, & prece: pluralis est integer. Nec reperit apud Ciceronẽ, & alios probos: vnde feminex. Pontus, aer, æther, carent numero plurali. Sal, neutri generis pluralẽ nõ hẽt. Masculini, habet sales, & salibus: pro quadam vrbanitate dicendi: tractũ verbũ a sale: q; sicut sal ciborũ ita sales condimentum sint orationis. Et dicit etiam in singulari. Terent⁹: Qui habet salem, quod in te est.

¶ Laterem, accusatiuus est non habens alios casus in singulari. Raro tamen reperitur latere. Sponte, ablatiuus solus est: vt Sponte sua.

¶ Macte in vocatiuo tm̃ inuenit. Dicitur tñ: Macte virtute esto. Ador, genus farris est aptũ sacrificiis Deorũ: gñis neutri: & indeclinabile. Ab adorando di

ctum Pri'cianus affirmat. At Festus Pompeius ab edendo: vel ab adurendo dicit appellatũ. Igne enim tostũ fiebat. Vis, oẽs casus hẽt: vt sentit Priscianus.
¶ Interrogatiua, relatiua, ĩfinita, distributiua, carẽt vocatiuis: ideo ambo non hñt vocatiuũ: q eẽ distributiuũ, & (secũdũ Prisci.) relatiuũ. Duo vero collecti uum habet. Et oĩa pnomina carẽt vocatiuis: prӕter, tu, meᵘ, noster, & nostras.
¶ Os oris ora, tantum habet in plurali: q̃q̃ Virgilius vsus sit, Oribus.
¶ Os ossis, in vtroq numero omnes habet casus.
¶ Ops, est Dea terrӕ: quӕ & tellus dicitur. Sed opis opem ope, auxilium signi ficat, & facultatem vt Affer mihi opem: idest opitulare mihi. & Virg. Grates persoluere dignas Non opis est nostrӕ: idest facultatis.
¶ Hӕc Opis Nimpha quӕdam fuit: cuius poetӕ faciunt mentionem. Opes vero pluraliter, significant diuitias.
¶ Suppetiӕ: in plurali tantum auxilia significat: & iungitur, hoc verbum fe re semper cũm fero: frequentissimumq est apud hystoricos: vt Suppetias tu lit: hoc est: prӕsidium attulit, vel misit.
¶ Quidam putant, Ego, quoq pronomen heteroclitum esse. q rectus nullã habeat cum cӕteris casibus similitudinem.
¶ Hesperus, seu vesperus, est stella, q̃ ante noctẽ apparens, hesperᵘ, seu vespe rus, seu etiã vesper dr̃. Virg. Ante diẽ clauso cõponet Vesper olympo. Ante lucẽ vero Lucifer dr̃. Vnde fit, vt extrema pars diei, seu magis noctis princi pium, vespera dicatur in fœminino: vesperũ in neutro. Vesper et vesperis in masculino vtitur Virg. Vnde, qui in principio noctis salutare volunt: Bonũ vespere dicere consueuerunt: quod magis censeo probandum, q̃ quod a ple risq dicitur: Bonum sero: cum enim sero aduerbium sit, & tarde significet: mala imprecatio est: optasq vt bonum tarde eueniat. Melius sane, & elegan tius diceretur: Bonum serum, siue felix serum in nam serum dici apud proba tissimos historicos reperitur pro extrema parte diei. Liuius: Erat iam diei se rum. Ego morem nostrӕ religionis sequens, dicere soleo: Noctem quietam.
¶ Penu aliqñ indeclinabile reperitur: vt apud Actium: Penu autem optimũ est, & nihil de ĩt. Dicitur tñ, hӕc penus penus quartӕ: & penᵘ penoris tertiӕ. Verba A. Gellii sunt hӕc: Q. Sceuolam ad demonstrandã penum his verbis vsum: Penus est, inquit, qđ esculentũ, aut potulentum est familiӕ, q̃ opus non facit cã paratum, & penitus reconditum. Vnde a penitus penus dicitur. Nam quӕ ad edendũ, bibendumq in dies singulos prandii, aut cœnӕ causa para tur, penus nõ sunt: sed potius ea, quӕ longӕ visionis causa reconduntur. Ser uius Sulpitius ait: Sacro Helio placuisse: non quӕ ad esum, & potum spectãt: sed thus quoq, & cӕreos in penu esse. Massurius Sabinus: Quod iumentorũ causa apparatum esset, quibus dominus vteretur, penori attributum dicit. Pe na igitur ea oĩa continentur, quӕ ad victum pertinent: sed priuatum, si mo do domi reposita sunt. Nam locus vbi illa reponuntur (Varrone teste) pena rium dicitur. Quӕ uero ad victum publicum spectant, cõmeatus vocantur. Sed fere nihil aliud continent, q̃ annonam. Non enim est annona tantum

frumentaria

frumentariæ sed carnium salitarum,& assarum huiusmodi rerum. Cicero de diuinatione: Putaret annonam in macello cariorem fore.

¶ Repetundarum, duntaxat in genitiuo plurali inuenitur de quo verbo superius differuimus cum de participiis tractaremus.

Indoles, nonnunq̃ fere nisi numero singulari inuenitur: significat autem in pueris,& adolescentibus signũ futuræ virtutis. Cic. Vt enim adolescentibus bona indole prædictis sapienter senes delectantur. Quint. In primis annis laudaretur indoles. Cicero tñ etiã de viris indolem dixit: De officiis, in quib⁹ est virtutis indoles, commouentur. Idem pro Coelio: Siquis iudices hoc robore animi, atq; hac indole virtutis, & continentiæ fuit. Liuius de Lauina iam matre,& imperiũ administrante: Tanta, inquit, in ea virtutis indoles fuit. Luca. Indole si dignum Latia, si sanguine prisco! Robur inest animis. Indole, quasi generositate quadam virtutis, atq; animi. Liuius etiam in malam partem accipit. Nam loquens de Hannibale: Cum hæc, inquit, indole virtutum, ac vitiorum triennio sub Hasdrubale imperatore meruit.

¶ Copiæ, qñ militũ multitudinẽ significãt, tm̃ pluratiue declinant: vt Copiæ Cæsaris: copię Põpeii. Reperitur tñ etiã in singulari, sed perraro. Põpeius ad Domitiũ: Atq; etiã hortor: vt cũ omni copia ad me venias. Sal. Postremo ex omni copia Catilinæ neq; in prælio, neq; in fuga quisq̃ ciuis ingenu⁹ capt⁹. Virg. secũdo Aeneidos: Et quæ sit mecum copia lustro. Proprie autem in singulari, Copia, significat facultatem, potestatemq;: vt Faciam tibi copiã inspiciendi libros meos. i. dabo tibi facultatem. Nec iungitur cum alio verbo, q̃ cũ facio apud oratores. Apud poetas vero cũ aliis verbis: vt cum Do das. Virg. Postq̃ introgressi, & coram datã copia fandi. Accipitur etiam plerunq;, Copia, pro abundãtia: vt Copia orationis, copia frumenti. Barbare oĩs fere ætati nostræ vsi sunt, Copia, pro exẽplari: quod nusquam apud doctores reperitur.

¶ Excubiæ,& vigiliæ, tm̃ pluraliter dicuntur. Hoc autem inter se differunt: q excubiæ diurnæ,& nocturnæ. Vigiliæ vero duntaxat nocturnæ sunt.

¶ Tenebræ, qñ noctem significãt, pluratiue tm̃ dicuntur: vt Luce,& tenebris scribo: pro die,& nocte scribo. Differt autem, prima luce, & prima die. Nam ibi intelligitur, prima pars diei,& quasi diluculo. Hic autem, prima dies. Ita primis tenebris,& prima nocte: ibi de parte noctis loquimur: hic de ipsa nocte. Si diluculum velimus significare: Ante lucẽ dicimus: non Ante diem: Nã ante diem, significat ante tempus: præterq̃ si de certo die loquamur: vt Ante diem decimũ Calendas Nouembris: hoc est: decimo die ante Calendas Nouembris. Vbi notandũ est præceptum Pauli, qui ait: Ante diem decimũ Calendarum,& post decimum diem Calendarum, æque vtroq; sermone vndecimus dies significatur. Ante noctem vero pro crepusculo optime dicimus.

¶ Lues,& strues, nunquam fere pluratiue dicuntur.

¶ Præsto, plerisq; inter nomina ponitur,& nullum habet casum. Nec aliter, q̃ cum substantiuo verbo construitur: vt Præsto sum. Nam Præsto adsum, magis poeticum est.

¶ Instar,quoq; nonnulli nomen esse existimant indeclinabile:& significat similitudinem,siue æquiparantiam:vt Instar montis.

¶ Scalæ,& scopæ,tantum pluraliter dicuntur. Et licet aliquando scala inueniatur:qui ita profert,barbarismum (si Quintiliano credimus) committit. Liberi,pro filiis. Pugillares:nuptiæ:literæ pro epistola, carent singulari. Inimicitiæ,duntaxat in plurali reperitur.

¶ De Figuris.

Figuras,quas Græci σχηματα vocant,quomodo diffiniunt? Figuram esse dicunt vitium cum ratione necessitatis,ornatusue gratia permissum.

¶ Quomodo diuidunt figuras,siue schemata? Alia dicunt esse lexeos: alia dianœas.Sed dianœas & oratores duntaxat pertinere.Lexeos vero ad grammaticos.

¶ Rursus figuras,siue schemata,lexeosq; ad grammaticos pertinẽtes quomodo diuidunt? Alias dicunt esse dictionis,alias locutionis, alias constructionis.

¶ Quid est Barbarismus? Est pars orationis vitiosa, quæ vel scribendo, vel loquendo vitium contrahit:apud oratores Metaplasmus dicitur.

¶ Quid est Solœcismus? Est vitium in contextu partiũ orationis cõtra regulam artis grãmaticæ factũ qd apud poetas σολοιχος vocat.Ab Asinio Capitone imparilitas dictus est:& a vetustioribus scribilegos:vt A. Gellius testatur.

¶ Cauenda ne sunt hæc vitia? Profecto elaborandum est:vt prima Barbarismi,ac Solœcismi fœditas absit.Sed quia aliquando excusantur hæc vitia,vel consuetudine,vel auctoritate,vel vetustate,vel vicinitate virtutum,magna in his diligentia adhibenda est.

¶ Quomodo adhibenda est diligentia? Docendi sunt pueri quæ omnino vitanda sint:vt guerra,tregua,multoties,prostrahit,singularissimus, & similia. Item quæ apud scriptores duntaxat carminum venia ad laudem digna sint: vt cantus:ploxenus:mapalia.Postremo,quæ in soluta quoq; oratione a doctis recepta sint:vt Cic.Canopitarum exercitum dicit,cum vrbem Canobon dicant. & duapondo,& trepondo: quæ in vsu ab omnibus recepta sunt: cum tamen nec dua,nec tres apud auctores reperiantur.

¶ Quot modis committitur Barbarismus? Vno & viginti. Primo,cum orationi latinæ vocabula barbara cõmiscemus:quemadmodum Cicero illudens Mastrucam:quod Sardum est vocabulum,orationi inseruit,pro Scauro: quẽ purpura,inquit,regalis non commouit:eum Sardorum mastruca mutauit.Itẽ fit Barbarismus,additione,detractione,immutatione,& transmutatione literæ,syllabæ,temporis,toni,& aspirationis.

¶ Per additionẽ quomodo fiunt Barbarismi? Per additionem literæ:vt Relliquias Danaum per duplicem ll: cum per simplicem scribi deberet, & Redintegro,pro reintegro.Per additionem syllabæ: vt Nos abiisse rati, & induperator. Per additionem temporis: vt Italiam Fato profugus: cum Italiam correpta prima syllaba scribere,ac proferre deberemus.

¶ Per detractionem quomodo fit? Per detractionẽ literæ:vt Immitis Achil

li,pro Achillis. Per detractionem syllabæ: vt repostum, pro repositum. Per detractionem temporis: vt Vnius ob noxam, pro vnius.

¶Per immutationem quomodo fit? Per immutationē literæ: vt ollis pro illi. Per immutationem syllabæ: ut quum, pro cum. Per immutationem tēporis: vt Feruere Leucatem: cum Seruere penultima producta dici debuisset.

¶Per transmutationem quomodo fit? Per transmutationem literę: vt Euandre, pro Euādei. Per transmutationē syllabæ: vt Siquis displicinam, pro disciplinam, dixerit. Per transmutationem tpis: vt faciunt nonnulli indocti, qui dicunt Maria, prima correpta, & secunda producta. Item Iacobus, prima syllaba co a producta, & co correpta: cum plane contrarium sit. Nam Mariā primam syllabam productam habet, secundam correptā. Iacobus vero quadrisyllaba dictio est: habetq; primas duas correptas, & productam penultimā.

¶Toni quoq; per has quatuor species cōmutantur. Nam & ipsi adiiciūtur, detrahuntur, mutantur, & transmutantur: quorum exempla vitro se offerūt.

¶Totidem ēt modis deprehenditur Barbarismus per aspirationem, quantā in pronuntiando, q̄ in scribēdo, & adhibere possumus, & tollere: q̄q̄ nō sit litera, sed aspirationis nota: vt veteres sine aspiratiōe, ædos, ircosq; dixerunt, & græcos, & triumphos. Erupit deinde vsus: ut coronæ, cēturiones, prēcones dicerētur: & mehe pro me: vt quibusdam adhuc inscriptionibus uideri potest.

¶Possunt ne aliis modis fieri Barbarismi? Possunt (s̄m quosdam) per malas compositiones: quæ dicuntur Cacosynthetæ: in quibus sunt, iotacismi, metacismi, laudacismi, hiatus, collisiones, & quæcunq; plus æquo, minusue sonantia ab eruditis respuuntur. Sunt præterea, qui absurdum putant Barbarismum: quod est vnius verbi vitium, fieri per numeros, aut genera: sicut soloecismum. Veruntamen scala, & scopa: contra ordea, & mulsa: licet literarum mutationem, adiectionem, detractionem, non habeant, non alio uitiosa sunt, q̄ per pluralia singulariter: & singularia pluraliter efferuntur: & glacia, qui dixerunt, genere exciderunt.

¶De Soloecismo.

DE Soloecismo multi errant: qui eum putant in vna parte orationis fieri posse: vt Si uirum ostendentes, dicamus illam: aut ostendentes mulierem, dicamus illum: aut interroganti: Quo pergamus: respondeamus, Romæ: aut obuium vnum salutantes, dicamus, Saluete. Siquidem hæc omnia vim perfectæ orationis obtineant. Intelligimus enim, illum, aut illam videor: Romæ pergo: tu saluete.

¶Quot modis fit Soloecismus? Duobus modis. Aut per partem orationis: aut per accidentia partium orationis.

¶Per partes orationis quomodo fiunt Soloecismi? Cum pars pro parte ponitur: vt Toruumq; repente Clamat, pro toruè: nomen pro aduerbio positū. Fit etiam in ipsa parte orationis hoc vitium, cum ipsa pro se, nec in suo loco, vt conuenit, ponitur: ut Cui tantum de te licuit, pro in te, & Apud amicum eo, pro Ad amicum, & Intro sum, pro Intus sum.

¶ Per accidentia partium orationis, quot modis fiunt Solœcismi? Tot mo≠dis quot sunt ipsa accidentia. Verbi gratia.

¶ Per qualitatem nominum fiunt Solœcismi: vt Hauriat nunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus: pro Dardanius, propriũ pro appellatiuo posuit.

¶ Per genera: vt Validæ salices: & amaræ cortices: q̃q̃ supra dixerim⁹ hic po tius Barbarismum esse, q̃ Solœcismum: pro validi salices, & amari cortices.

¶ Per cõparationẽ: vt Rñdit Iuno, Saturnia sancta Deoꝝ, pro sanctissima.

¶ Per casus: vt vrbem, quam statuo vestra'est, pro vrbs.

¶ Per modos verborum: vt Itis paratis quamprimum viri, pro ite parate: indicatiuum pro imperatiuo.

¶ Per sigñationes: vt Spoliant eos, & corpora nuda relinquunt, pro spoliant.

¶ Per tempora: vt Ceciditq; superbum Ilium, & omnis homo fumat Neptu nia Troia, pro fumauit.

¶ Per psonas: vt Danai, q parẽt Atridis, q̃primum arma sumite p q paretis.

¶ Per aduerbia: vt Venio Italia, pro ab Italia: & ad Romam eo, pro Romã, & intus eo, pro intro.

¶ Per coniunctiones: vt Subiectisq; vrere flammis, pro ve, aut vel.

¶ Per præpositiones, cum alia pro ponit: vt Sub lucem, pro ante lucem: aut necessaria subtrahit: vt Siluis te Tirene feras agitare putasti, pro in siluis.

¶ Fiunt præterea Solœcismi pluribus aliis modis, quos reprehendendo po≠tius, q̃ imitando possumus notare.

¶ Quot sũt vitia, q̃ cũ Barbarismo, & Solœcismo cõnumerant? Duodecim: Barbarism⁹, Solœcism⁹, Acyrologia, Cacephatõ, Pleonasmos, Perissologia, Macrologia, Tãtologia, Eclypsis, Tapinosis, Cacosinthetõ, Amphibologia.

¶ Acyrologia est impropria dictio: vt Hunc ego si potui tantum sperare do lorem: sperare dixit pro timere.

¶ Cacephaton est obscura enunciatio in composita dictione, vel in vno ver≠bo: vt Numerumq; cum nauibus æquat, & Arrige aures Pamphile.

¶ Pleonasmos est additio verbi superuacua ad plenam significationem: vt Sic ore locuta est.

¶ Perissologia est superuacua verborum additio sine vlla vi rerum: vt Qua poterant, ibant: & qua non poterant, non ibant.

¶ Macrologia est sententia lõga, & superuacua res nõ necessarias cõprehen dens: vt Imperator cum exercitu re infecta retro, vnde venerat, egressus est.

¶ Tantologia est eiusdem rei vitiosa repetitio: vt Egometipse.

¶ Ecclypsis est necessariæ dictionis defectus, quam desiderare videtur perfe cta sententia: vt Hæc secum: deest enim locuta est.

¶ Tapinosis est alicuius magnæ rei extenuatio: sententia, non id quod osten dit, agente: vt Penitusq; cauernas Ingentes: vterumq; armato milite cõplent. & Dulychias vexasse rates in gurgite vasto.

¶ Cacosyntheton est vitiosa compositio dictionum: vt Versaq; iuuencum Terga fatigamus hasta.

¶ Amphibologia est ambiguitas dictionis: quae fit aut per actum: ut siquis dicat: Audio Socratem amare Platonem. Aio te Aeacida Romanos vincere posse. Aut per commune verbum: ut siquis dicat: Cato iniuste criminatur: & non addit quem, vel a quo. Aut per distinctionem: ut Vidi statuam auream hastam tenentem. Fit etiam per omonymam: ut siquis dicat: Aciem: nec exprimat oculi, vel gladii, vel exercitus. Potest etiam fieri aliis modis, quos recensere superuacuum est.

¶ De Metaplasmo.

Quid est Metaplasmus? Est transmutatio quaedam recti, solitique sermonis in alteram speciem metri ornatus, aut necessitatis causa.

¶ Quot sunt species Metaplasmi? Quatuordecim: Prothesis, Epenthesis, Paragoge, Apheresis, Syncope, Apocope, Ectasis, Systole, Diaeresis, Episynaliphe, Eipsis, Synalipe, Hantitesis, Metathesis.

¶ Quid est Prothesis? Est appositio quaedam ad principium dictionis literae, vel syllabae: ut Gnato, pro nato.

¶ Epenthesis? Est appositio ad medium dictionis literae, vel syllabae: ut Induperator.

¶ Paragoge? Est appositio quaedam ad finem dictionis: ut Dicier, pro dici. Hanc alii Paralipsim vocant.

¶ Quid est Aphaeresis? Est ablatio literae vel syllabae de principio dictionis contraria Prothesi: ut Temno, pro contemno: mitte pro dimitte.

¶ Syncope? Est ablatio de media dictione, contraria Epenthesi: ut Audacter, pro audaciter: & commorat, pro commouerat.

¶ Quid est Apocope? Est ablatio literae, vel syllabae a fine dictionis, contraria Paragogae: ut Achilli, pro Achillis: & potes, pro potestis.

¶ Quid est Ectasis? Est extensio syllabae contra verbi naturam: ut Italiam Fato profugus: cum Italiam primam syllabam correptam habere debeat.

¶ Quid est Systole? Est correptio syllabae contra verbi naturam, contraria Ectasi: ut Aquosus Orion, cum Orion dici debeat prima producta.

¶ Quid est Diaeresis? Est vnius in duas syllabas facta diuisio: ut est: Aulai in medio libabant pocula Bacchi, pro aulae.

¶ Quid est Episynaliphae? Est conglutinatio duarum syllabarum in unam, contraria Dieresi: ut Phaeton, pro Phaeton. & aeripedem ceruam, pro aeripedem.

¶ Quid est Synaliphe? Est per interceptionem concurrentium inter se uocalium lubrica quaedam, leuisque collisio: ut Atque ea diuersa penitus dum parte geruntur. Sic quando abiicitur s: ut Aut ouium foetus, aut urentes culta capellas.

¶ Haec a quibusdam Synaeresis, uel collisio nominatur.

¶ Ecclipsis? Est consonantium cum uocalibus aspere concurrentium quaedam difficilis, ac dura collisio: ut Multum ille & terris iactatus, & alto.

¶ Antithesis? Est literae pro litera positio: ut Olli, pro illi.

¶ Quid est Metathesis? Est translatio literarum in alienum locum: nulla tamen ex dictione sublata: ut Euadre, pro Euader.

¶ De Schematibus Lexeos.

Schemata Lexeos quot sunt? Multa sunt: sed magis necessaria sunt decem & septem. Prolepsis, Zeuma, Hipozeuxis, Sylepsis, Anadiplosis, Anaphora, Epanalepsis, Epizeuxis, Paranomasia, Schesonomaton, Paranomeon

Homoptoleuton, Homoptoton, Polisyntheton, Hirmos, Polyptotō, Dialiton.
¶ Prolepsis quid est? Est præsumptio secutarum rerum ordinem antecedēs, vel conturbans: vt Continuo reges ingenti mole Latinus Conturbant.
¶ Zeugma quid est? Est vnius verbi conclusio diuersis clausulis apte coniuncta: vt Troiugena interpres Diuum, qui numina Phœbi, Qui tripodas clari lauros, qui sidera sentis.
¶ Hypozeuxis quid est? Est figura superiori contraria: vbi diuersa verba singulis clausulis adiunguntur: vt Regē adit, Regem memorat nomēq;, genusq;.
¶ Sylepsis quid est? Est dissimilium clausularum per vnum verbum conglutinata conceptio: vt Hic illius arma, Hic currus fuit. Item: Sunt nobis mitia poma, Castaneæ molles, & pressi copia lactis.
¶ Anadiplosis quid est? Est congeminatio dictionis ex vltimo loco præcedētis versus: & in principio sequentis: vt Sequitur pulcherrimus Astur: Astur equo videns.
¶ Anaphora quid est? Est relatio eiusdem verbi per principia plurimorum versuum: vt Nate meæ vires, mea magna potentia solus, Nate patris summi, qui tela Thyphœa temnis.
¶ Panalepsis quid est? Est verbi in principio versus positi in eiusdem fine repetitio: vt Ante etiam sceptrum Dictæi Regis, & ante.
¶ Epizeuxis quid est? Est eiusdem verbi in eodem versu sine aliqua dilatione congeminatio: vt Me me adsum, qui feci, in me conuertite ferrum.
¶ Paranomasia quid est? Est quoties de nomine aliud efficitur nomen, veluti quædam congeminatio: vt Nam inceptio est amentium, haud amantium.
¶ Schesonomaton, vel synthilionomaton quid est? Est multitudo nominum simul coniunctorum quodam habitu copulatis: vt Marsa manus, Peligna cohors: festina virum vis. & item: Nubila, nix, grandoq;, procellæ, fulmina venti.
¶ Paranomeon quid est: Cum ab eisdem literis diuersa verba incipiunt: vt O Tite tute tati tibi tanta tyranne tulisti.
¶ Homoteleuton quid est? Cum simili modo diuersæ dictiones finiuntur: vt Eos reduci, q̄ relinqui: deuehi, q̄ deleri malui. Item: Abiit, excessit, euasit, erupit. Fit etiam hoc schema quoties media, & postrema uersus finem consimili modo sententiæ finiuntur: vt Ecclesiastes: Melius est videre quod cupias, q̄ desiderare quod nescias.
¶ Homoptoton quid est? Cum in casus similes exeunt verba diuersa: vt Merentes, flentes, lachrymantes, commiserantes.
¶ Poliptoton quid est? Multitudo casuū varietate distincta: vt Littora littoribus cōtraria, fluctibus vndas Imprecor, arma armis pugnēt, ipsiq; nepotes.
¶ Hyrmos quid est? Est series dictionum, quæ tenorem suum vsq; ad vltimū seruant: vt Principio cœlum, ac terras, camposq; liquentes, Lucentemq; globum Lunæ, Titaniaq; astra Spiritus intus alit.
¶ Polisyntheton qd est: Est multis connexa coniunctionibus dictio: vt Athamasq;, Thoasq;, Pelidesq;, Neptolemus, primusq; Machaon.

¶ Dialiton, vel Asyntheton quid est? Est figura superiori contraria, coniun‑ctionibus carens: vt Ferte citi flammas, date tela, impellite remos.

¶ De Tropo.

Tropus quid est? Est dictio translata a propria significatione ad impro‑priam necessitatis, aut ornatus causa.

¶ Quot sunt Tropi? Tredecim: Metaphora, Catacrisis, Metalepsis, Metonc‑mia, Atonomasia, Epitheton, Synecdoche, Onomatopeia, Periphrasis, Hy‑perbaton, Hyperbole, Allegoria, Homoeosis.

¶ Metaphora quid est? Est rerum, verborũq; translatio. Quot modis fit Me‑taphora? Quatuor. Ab animali ad animale. Ab inanimali ad inanimale. Ab animali ad inanimale. Ab inanimali ad animale. Ab animali ad animale: vt Typhim aurigam celeres fecere carinae. Nam auriga, & gubernator animam habẽt. Ab inanimali ad inanimale: vt Pelagus tenuere rates. Nam pelagus, & rates animam non habent. Ab animali ad inanimale: vt Athlãtis cinctum assidue, cui nubibus atris, Piniferumq; caput vento pulsatur, & imbri. Nam vt haec animalia sunt: ita mons animam non habet: cui mẽbra hominis ascri‑buntur. Ab inanimali ad animale: vt Tantum pectore robur Concipis. Nam vt robur animam non habet, sic Turnus, cui haec dicuntur, animam habet.

¶ Sciendũ est alias Metaphoras esse reciprocas, alias vnius partis. Recipro‑cas: vt Altum mare, coelũq; profundũ. Possumus enim cõuertere altũ coelũ, mareq; profundum. Vnius partis sunt: vt Germinare vites, & fluctuare sege‑tes, volitare nubes. In his enim rebus alas, fluctus, & germina nõ inuenimus.

¶ Cathacrisis quid est? Est vsurpatio alieni nominis: vt Saepe parricidam di‑cimus, qui patrem non occidit: & piscinam, quae pisces non habet. Hęc enim nisi extrinsecus sumerentur, suum vocabulum non haberent.

¶ Metalepsis quid est? Est dictio gradatim pergens ad id, quod ostendit: vt At pater omnipotens speluncis abdidit atris. & Post aliquot mea Regna vi‑dens mirabor aristas.

¶ Metonomia quid est? Est transmutatio quędam, cuius multae sunt species. Aut enim ponitur quod continet pro eo quod continetur: vt Nunc pateras libate Ioui. Aut contra: vt Crateras magnos statuunt, & vina coronant. Aut per inuentorem ostenditur id quod inuentum est: ut Sine Cerere, & Baccho friget Venus. Aut contra: ut Vinumq; precantur. Nam Deus est praesentis. Aut per efficientem: ut Pigrum frigus, pallida mors. Aut per effectum effi‑cientem: ut Frena spumant.

¶ Antonomasia quid est? Est figura uice nominis posita, quae a tribus fit. Ab animo: ut magnanimus Anchisiades. A corpore: ut Ipse arduus alta. Qui pulsat sydera. Extrinsecus: ut Infelix puer, atq; impar congressus Achilli.

¶ Epitheton quid est? suppositia dictio cũ proprio nomine. Nam Antonoma‑sia uicem nominis sustinet. Epitheton uero nũquam est sine nomine: ut Hec mihi praedixit luctus Harpyia Celeno. & Diua Camilla. Fit etiã tribus modis epitheton ab aio, a corpore: & extrinsecus. His duobus tropis, uel laudamus

aliquem,vel vituperamus,vel ostendimus.

¶Synecdoche quid est? Est plen intellectus capax,cum plus, minusue pro-nunciet. Aut enim a parte totū ostēdit: vt Pupesq; tuæ,pupesq; tuorū. Aut cō trat vt Ipsius ante oculos ingēs a vertice pontus In pupim ferit: & sentem q; ignemq; ferebat. Cum aūt a parte totū fit ab insigniori parte faciendum est.

¶Onomatopeia quid est? Nomen de sono factum? vt Tinnitus æris, clangorq; tubarum.

¶Periphrasis quid est? Est circūlocutio,quæ fit aut ornandæ rei causa, quæ pulchra est:aut vitandæ,quæ turpis est: vt Et iam prima nouo spargebat lumine terras Titoni croceum linquens Aurora cubile. & Ne nimio luxu obtusior vsus Sit genitali aruo,& sulcos sublimet inertes.

¶Hiperbaton qd est? Est transgressio quædā verborū ordinē turbans: cuius spēs sunt quinq; Histerologia, Anastrophe, Parenthesis, Temesis, Synchisis.

¶Histerologia,vel Hysteron proteron quid est? Est sententiæ cum verbis ordo mutatus: vt Et torrere parant flammis,& frangere saxo.

¶Anastrophe quid est? Est verborum tantum ordo præposterus: vt Italiam contra,pro contra Italiam.

¶Parenthesis quid est? Interposita oratio diuersæ sententiæ: vt Aeneas neq; enim patrius cōsistere mentē Passus amor: rapidū ad naues pmittit Achatē.

¶Temesis quid est? Vnius compositi,vel simplicis verbi sectio, vna dictione, aut pluribus interiectis: vt Septem subiecta trioni: idest Septentrioni.

¶Synchisis hyperbaton est obscurum: & ex omni parte confusum: vt Tris Nothus arreptas in saxa latentia torquet. Saxa vocant Itali, mediisq; in fluctibus aras. Est enim hic ordo: Nothus tris arreptas in saxa torquet, quæ saxa in mediis fluctibus latentia Itali vocant aras.

¶Hyperbole quid est? Dictio quædam fidem excedens augendi, minuendi ue ea: vt It clamor cœlo, Candidior niue, Testudine tardior.

¶ Proinde vero significat quapropter, vel ergo, vel ideo. Lucretius tñ accipit, Proinde, pro Perinde: & eã dictione dissyllabã ponit. Subinde, aliqñ significat statim post: vt Horatius dicit. Si dicet recte, primũ gaudere, subinde. Præceptũ auriculis hoc instillare memẽto. Capitur ẽt pro, Frequenter, cũ quodã interuallo: vt si sæpe retro respiciã, an aliquis me sequat, dicã: Subinde respicio: hoc, est: Sæpe cũ quodã interuallo respicio. ¶ Deinde, vero significat, dehine, vel Deinceps: q̃q̃ Deinceps significat ẽt gradatim. Cic. Quos video deinceps tribunos plebis p triẽniũ fore: hoc est: vnũ post aliũ. In q̃ significatiõe capit aliqñ ẽt, Subinde. ¶ Prima va il maestro: dopoi gli scolari vãno drieto al maestro a vno a vno: ouero luno dopo laltro: Primo it ludi magister: postea discipuli eunt deinceps, vel subinde sequunt. Illud hoc loco prætermittẽdũ nõ est: q̃ Perinde exigit post se, ac si, vel atq̃ si: cũ signat ita: vt Lege perinde ac si pceptor adesset. vel Perĩde atq̃ si pceptor adesset. ¶ Sed qñ negatio pcedit, exigit ẽt q̃: vt Sueto. Nulla tñ re pinde motus, q̃ tñsione mathematici. Aliqñ tñ ponit absolute: hoc est: sine ac si, & sine negatione: & mõ signat ita. Plini': Funus Ruffi clarissimi viri, & pinde felicissimo multum. Suetonius ve Galba: Quare aduẽt' ei' nõ pinde gratus fuit. i. multũ gratus. Sec' aũt sine negatio pcedat, siue nõ, hr̃e põt ac, & q̃: vt Lõge secus ac ego fecit. & Lõge sec' q̃ ego fecit. Non secus ac ego fecit: Nõ secus q̃ ego fecit. ¶ E parmi, ch'o sia senza il mezzo di la mia vita: quãdo tu non me sei appresso: Et cũ sine te sum, dimidio animæ meæ carere videor. Itẽ: Dimidio animæ meæ mãcus esse videor, quãdo tu nõ es apud me. Itẽ: Nec dimidiũ aĩæ meæ hr̃e videor, qñ te careo.

Item: Et cum te careo, videor dimidio aiæ meæ esse priuatus. Item, & cu m tu mecū nō es, deesse mihi dimidium aiæ meæ vt. Itē, Facitq disiūctio nostra, vt ne dimidium qdem aiæ meæ videar hēre. Vel, Facit disiunctio nostra, vt d siunctum esse aiæ meæ dimidium videat. Hic notādum est in primis: q mos, iste loquēdi. Videt mihi, q qñ sine tesum, dimidio aiæ meæ caream. Videt tibi, q ego sim doctus. Videt illi, q tu legas. Videt nobis, q malefaciatis, rusticanus est, & plane puerilis. Quapropter si dicendū est: Videor mihi dimidio viæ meæ carere: Videor tibi esse doctus: Videris illi legere: Videmini nobis malefacere. ¶ Cum, aliqñ est aduerbium: & signat: qñ, vt Cum ad te venio, semp te inuenio scribentem: idest Qñ ad te venio. Et hoc loco: Cum sine te sum: idest qñ sine te sum. Aliqñ significat partim, & cum semp sequitur tum: vt Cum ppter necessitatem nostra, tum ppter ingenium tuum: idest partim ppter necessitudinem nostram, partim ppter ingeniū tuum. Vbi notādum est, q semper Cum praecedit: & in eo est quiddā minus: in tum quiddam maius: & hoc duobus modis, vt gñale aliqd praecedat, sequatur spāle: vt apud Quintilianum: Quod cum oibus conficiendum est nobis praecipue, tum aut ambo sint spāia: vt apud eundē: Quod opus Marcelle tibi dicam, quem cū amicissimum nobis, tum eximio literarum amore flagrantem, dignissimum hoc mutuæ inter nos charitatis pignore indicauimus. I. multum ppter amorem tuum in nos, plus tamen ppter amorē literarum. Aliqñ, Cum, subiunctiua coniunctio est, vt Cum in Africā venissem. Aliquādo significat, quis, iuncta cum tum: &, Tum, signat tamē, vt Cic. Cū in oibus causis grauioribus Caii Cæsaris initio dicēdi cōmoueri soleam vehementius, q uel usus, vel ætas mea videt postulare, tum in hac me multa perturbant. Tum pro Tamē ponitur, & Cū pro quis: Notandum, q quādo Tum, & Cum signant Partim, semp fere indicatiuo adiungūtur. Qñ aūt significāt, Quāuis, subiunctiuo. Repitur etiā Tum p Partim, aliquādo duplicatū, aliqdo triplicatū, aliquādo et multiplicatū, cum in rebus paribus ponit: vt Tum ingenio meo, tum diligentia factū est. ¶ Cum, pposìtio ablō casui seruit, sed nunq iungitur ablō significante instrumentū. Neq.n. dicimus: Cū gladio pcussi, qd impiti faciunt, sed gladio: nec Cum pugno te impulsi, sed pugno: nec Cū calce te pstraui, sed calce: nec Cū oculis te puerti, sed oculis: nec Cū lachrymis literas deleui, sed lachrymis: nec Cū igni aquā tepefeci, sed igni. Qñ aūt ablatiui significāt coniunctionē qdā, & nō instrm, tunc reqrunt ppōnem, vt Conor cum quāta possum facilitate scribere, Cum labore hæc scribo, Cum facilitate discis, Cū tpe oia fiunt, Cum ætate crescent mores. Qui aūt ita loquūtur, cum baculo pcussi, cum hasta vulneraui, inepte sane, & pter oium antiquorum morem, loquūtur. ¶ Apud, & Penes, quo differūt: Apud minus est q Penes. Nam apud te est qualitercunq res tenetur. Penes te est quodāmodo possidet. Festus uero Pōpeius dicit. Apud & penes in hoc differre q apud psonā cum loco signficat. vt Apud Platonem. i. in loco in quo est & Plato & apud templū. Penes uero psonā & dñium ac potestatem quod trahi dicit a penitus, ut Penes te est salus & uita mea quasi in ma-

nu tua,& arbitrium vitæ meæ penes te eſt. Tamē aliquando Penes requirit perſonam ſine diiiio: vt Fides penes auctores eſt ideſt apud. Nonnūquam ēt loco ſeruit. Cicero ad Herennium, Ita petulans, atq; acer: vt ne ad ſolatium quidem (vt mihi vr̄) ſed penes ſcænam, & in eiuſmodi locis exercitatus ſis. ¶ Ma ſe non fuſſe, che io ho riſpetto alla dignita mia, io me ne verria volando nella tua uilla: Quod niſi dignitas meæ rationem haberem, aduolarem mox in ſuburbanum tuum. vel: Verum niſi dignitatis meæ ratio me retraheret, quamprimum ad te in ſuburbanum tuum venirem. ¶ Quod, aliquādo ſignificat Verum, ſiue Sed: vt hoc loco. Poniturq; in principio clauſulæ, quæ nullam habet cum ſuperiori clauſula connexionem.

¶ Niſi, aliqñ indicatiuo iūgitur: pręſertim, qñ eſt principiū ſententiæ. Cicero: Niſi forte putamus dementem Publiū Scipionē Africanum fuiſſe. Aliqñ cū ſubiūctiuo: vt Quod niſi dignitatis meæ rōnem haberē: qñ. ſ. nō eſt in princi pio ſententiæ: nā hic verbū principale eſt, aduolarē. Nota quantā vim habet hęc parua dictio duarū ſyllabarū, qñ ſignificat: Se nō che uel: Se nō fuſſe che. ¶ Rationē habere, qd̄ ꝓprie ſignificat: Reſpectū hr̄e. Sed capit in bonā partem: vt habēda eſt rō dignitatis. i. reſpectus ad dignitatē, & ſalutē. Non autē diceret: Habēda eſt rō ægritudinis, & infamię. Et nota, Habere rōnē, ſemp requirere genitiuū in hoc ſignificato. Quando aūt habet ablatiuū cū ꝓpoſitione cum, ſignificat, Negocium, & quaſi cōmerciū habere. Cicero de Senectute: Rationē habet cū terra, quæ nunq̄ recuſat imperiū: id eſt Negociū habet. ¶ Aduolarem per metaphorā dictum: hoc eſt: q̄ celerrime venirem: ſiue accelerarem: ſiue properarem: nā Maturare non auſim dicere. Maturare enim proprie dicitur: cū neq; ſerius aliquid fit: ſed media quædam via, & tēperata tenet: vt in pomis: Matura dicūtur: quæ neq; cruda, neq; immitia ſunt, neq; caduca, neq; ſqualētia: ſed tempore debito adulta, ac matura: vt ſit, Maturare, celeriter quidē, ſed, ſine impetu, & moderatione aliquid agere. vnde Virg. cum Deum faceret ventis iubentem, vt e mari diſcederent, inquit: Maturate fugam: hoc eſt: cū quadam moderatione: & quaſi maturitate, diſcedite: alioquin facto impetu, maiorem maris procellam excitaſſent. Hoc verbum Cæſar Auguſtus, duobus græcis vocabulis elegātiſſime exprimebat: σπεῦδε βραδέως: hoc eſt: Propera tarde quaſi monere volens: in rebus agendis & celeritatem induſtriæ adhibendam eſſe & diligentiæ tarditatem. Elegantiſſime videtur Maro noſter hæc duo vocabula in Georgicis dixiſſe, inquit autem: Frigidus agricolam, ſi qñ continent imber, Multa forent, quę mox cœlo properāda ſereno Maturare datur: quaſi dicat: Poſſunt coloni inſtante tempeſtate multa maturare, quæ, alioquin, ſereno tempore properarēt. ¶ Suburbanum quid proprie ſignificat: Suburbana in plurali tantum, & ſuburbanum dicitur domus coniunctæ inſtar vrbis & vrbi propinquę tñ extra muros. Suburbanū vero ſignificat prædiū in ſuburbanis: & habet pluralem numerū ſuburbana: ideſt ꝑdia in ſuburbanis: quēadmodū dicimus: Tuſculanū, & Cumanū: hoc eſt ꝑdiū in agro Tuſculano, & Cumano. vt Eram in Tuſculano meo: Formiis

no tuo: Pompelano Neronis. Frequentes uero demus extra subvrbia dicun tur Vicusq; fint istar Vicis urbani. Vicus uero urbanus pars urbis est. Quip pe diuisa est urbs in uicos: quasi in membra minora: sicut Suburra: Carinæ Aesquiliæ: Vici Romæ fuerūt. Nam diuisa fuit urbs in Regiones circiter ui gintiln Vicos autem supra mille. A. Vicis uicina, & uicinus, & uicinitas dicuntur: quasi ex eodē Vico. Vicus extra vrbem, qui Paganus dr̄, muris caret. Nam si haberet muros esse castellum, qđ a castro diminutiuū est. Significat aūt locum muris munitū instar oppidi, vel vrbis Castra, in plurali sunt loca, in qbus milites tentoria fixerunt: vt ibi se recipiatur, maneatq; exercitus. Oppidum est omnis vrbs, præter Romam, quæ primō vrbs dicta est: feciq; vt cæ tera oppida eodem nomine appellarent. Diciturq; oppidum ab ope da: Vrbs vero dicta est (vt Varro ait) ab vrbo. Vrbum autem, inquit, appellari curuaturā aratri: q; aratro designatus sit locis, in quo roma cōdita est. & Pōponius iuriscōsultus: Vrbs, ingt, ab vrbo dicta est. Vrbare est aratro diffinire. Municipia, sunt oppida, quorū ciues municipes dicūtur: & sunt ciues Romani ex municipiis, legibus suis, & suo iure vtētes muneris tm̄ cum populo Romano, honorisq; participes. A quo quidē munere capessendo appellati sunt municipes, nullius aliis populi Romani legibus astricti. Primi autem municipes facti fuerunt Cerites. Cōcessumq; est eis: vt ciues Romani essent pro sacris bello Gallico custoditis. Coloniæ vero sunt, quæ non extrinsecus veniūt in ciuitatem: nec suis radicibus nitūtur: sed deducunt ex ciuitate: & iura, atq; instituta populi Romani habent. Quæ conditio, licet minus libera sit, tñ dignior existimātur propter maiestatem populi Romani: cuius ipsæ Coloniæ, quasi quædam effigies videnf. Villæ dicunf domus extra vrbē, & suburbia, q̄ cōstitutæ, sunt habitandi causa. Præda, scribit Vulpianus, dici: Non solū ea, q̄ sunt in oppidis: sed et stabula, aut alia meritoria in Villis, & in Vicis agri cōtinent fundos: nō cōtinent a fundis: sunt q; simul cū Villis. Vnde multi Senatores in agris vixerūt. ❡ Differt aūt Ager ab Aruo: q; Aruū est, in quo aliqd serit. Sallust. Quia Numidæ pabulo pecoris magis, q̄ aruo student. Fūd^9 (vt dixi) minus est, q̄ Ager. Nā prata, vineę, horti, oliueta, salicta, arbusta, pomaria, pascua, nemora, loca aucupatoria, venatoria, piscatoria, sunt ptes agri: & singula singuli fundi sunt. In Vrbe āt, siue Oppido, siue Vico, siue Castello īmō ō pdiū est: qcqd his (q̄ dixim^9) siīe est, eadē et in agro pdia sunt. Vñ dicere possum^9: q; Fūdus ē possessio rustica: Prediū & rustica, & vrbana. Fūdus āt (vt aliq putāt) dr̄ a fundo: q; tm̄ cōtineat, qtū funda lapidē iaceret. Di āt Fūdus, & Fūdū: hinc fundamētū dr̄: & fundo fundas. Differūt āt, fundare, & fundamenta iacere. Siquidē fundare, est firmare aliqd, & stabilire: vt Recte funda domū tuā. Iacere aūt fundamenta, est qualecunq; pricipiū ædificii facere. ❡ Est ne dr̄iæ aliqd inter, Vna, & Simul: Simul aliqñ geminatū reperitur apud bonos auctores, excepto Cicerone: & hēt fere eā significationē, quā hēt, Tū de quo verbo paulo ante diximus. Quis. Simul & pleniori obsequio deme rer amantissimos mei: si mne vulgarē viā ingressus alienis demū vestigiis insisterem.

Cic. Semel tñ (quãtum ego inueni) Vna: pro Simul, vsus est in Verrẽ: Vna & id, qđ facio, pbauit in vna, & in hac causa pfecto neminẽ prępónendũ mihi esse existimauit. Simul, qñ non est geminatũ, aliqñ ponit pro pariter. Q. uĩ. Homo fortis, simul & sapiẽs. i. ac pariter sapiẽs. Cice. p Roscio: Perditissimi est igit hoĩs simul & amicitiã dissoluere: & fallere eũ: q læsus nõ esset, nisi credidisset. Cum autem: simul, significat Insimul, nihil differt ab Vna aduerbio.

¶ Prędiolum quale nomen est? Diminutiuum. Ponunt aũt aliqñ diminutiua necessitatis causa: vt si velim exprimere paruum puerum, dicam, Puerulum. Interdum humilitatis: vt si uelim dicere res meas, dicam, Reculas. Interdum causa contẽptus: vt cum hoiem vocamus Homuntionem, aut homulum: aut homululum. Interdum & vtimur diminutiuis, quasi blandientes: vt ego hoc loco feci, cum dixi, Prædiolis, & pomariolis, & ouiculis: pro prędiis, pomariis, & ouibus. sic Cicero, blãdiculã spẽ vocitat: sic Plautus sæpe corculum dicit, & animulam, & molliculum caseum: pro corde, & anima, & molli caseo.

¶ Hic notãdũ est: q sunt aliqua noĩa, quæ diminutiua vident, & nõ sunt. Diminutiua enim sunt, q diminutionẽ significãt: vt corculũ, corpusculũ, passerculus, mendiciũculũ, lucubraciũcula, recula, & similia. Quę vero nõ significant diminutionẽ, sunt ista: Auunculus, q nõ est puus auus, sed frater matris: cuniculus aĩal: musculus, nõ puus mus, sed ossis genus in iuncturis: pediculus, siue pedunculus aĩal: cuculus auis: cicercula nomẽ leguminis: nouacula culter tonsoris. Anniculus annicula anniculũ: vt anniculus puer, annicula puella, anniculũ mancipiũ. i. vnius anni: sicut bimus, trimus, q̃drimus: duorũ, triũ, quatuor annorũ: nec d aĩalibus tm̃ dicunt, sed ẽt de inanimatis: vt anniculum vinum: bimum oleum. Ridiculus ridicula ridiculum. i. dignum risu: & vernaculus vernacula vernaculum. i. domi nr̃æ natum. Sunt pterea multa neutra: vt vmbraculum, cœnaculum, crepusculum, vinculum, amiculũ: pro quodã genere amictus instar palli. Curriculũ p cursu, & p loco, in quo curritur, nõnunq̃ ẽt pro curru: vt Curtius: Aliorũ tñ acti equi non modo in voragines, lacunasq, sed etiã in amnẽ præcipitauere curricula. Cubiculum, qđ nõ est dicendum diminutiuum esse, cum in cubiculo sit cubicule. Cõuenticulũ pro cõuentu: vt Cic. Tum cõuenticula hominum, quæ ciuitates nominant. Baculus, quod nõ est diminutiuum, sed habet diminutiuum bacillum: reperitur ẽt baculum neutri generis: vt Ouidius in libro. xv. Esse solet, baculumq tenens agreste. Notandum etiam: q sunt aliqua diminutiua recte formata: quæ tñ in significatione dissentiunt a suo primitiuo: vt a menta, quæ est herba reddens odorẽ, fit mentula, quæ significat virilia. Ab os oris fit osculum, quod significat basium. Ab acu, qua vestes sarciuntur, fit acicula, qua mulieres vtuntur ad capitis ornatũ. Ab angue serpente, fit angu illa piscis. Ab aure, fit auricula: quæ nõ significat aurem brutorũ (vt qdam indocti dicunt) sed cartilaginem illã, quæ est circum aurium cõcauitatẽ. & fidicula: hoc est cordula, siue neruus citharę, fit a fide quæ (vt Festus Põpeius inqt) est genus citharæ. Ita dicta: q tm̃ inter se cordęcius, quantum inter homines fides, concordet. Quia mentio facta est de con

uentu:sciendum est non absurde vocari a nostris cõuentus religiosorum: vt
puta conuentus minorum: conuentus heremitarum. Verum id vocabulum non
domũ, siue habitaculũ significat (vt vulgus sentit) sed ipsam conuentionem,
& cõgregationem religiosorum: hoc est ipsos religiosos: vt Ego habui orationẽ
in conuentu religiosorũ hominum: hoc est in cõgregatione, & quasi corona
religiosorum: quod significatũ habet ecclesia apud Graecos: sed ignari ho-
mines, quemadmodum nomen conuentus transtulerunt ad habitacula reli-
giosorum virorum, ita nomen ecclesię, quod cõcionem significat, ad templa.
Templum enim, siue aedes sacra in singulari dicitur locus Deo dicatus, nõ ec-
clesia: sed in hoc errant: vt in aliis plerisque: quippe qui claustrũ barbare dicũt
pro atrio: sacristiã pro sacrario: beneficium pro sacerdotio: de iure patrona-
tus pro gentilio: obseruantiam pro obseruatione: missam pro sacrificio: con-
fiteor pro audio confessiones: confessorem pro auditore confitentium: indul-
gẽtiam pro venia. Propterea Isopum pro isopo: eremũ pro eremo, sine aspi-
ratione: characterem pro charactere: Iacobum pro Iacobo: Mariam pro Ma-
ria: Luciam pro Lucia: Idolum pro Idolo: Idolium pro Idolio: Idolatriã pro
Idolatria: Iosephum pro Iosepho: Salomonem pro Salomone: Adamãtinũ
pro adamantino, Christallinũ pro christallino: Cedrinum pro cedrino: Myr-
rhinum pro myrrhino, & alia huiusmodi permulta.
¶ Pomariolũ similiter diminutiuũ est a pomario. Est aũt pomariũ locus po-
mis consitus, siue locus, in quo poma reponuntur. Quod sit locus pomis cõsi-
tus, testat Ouidi⁹, Id metuẽs solidis pomaria clauserat Atlas Moenib⁹. Quod
aũt signet locũ ad reponẽdũ poma, certũ est. Sic eñ dicim⁹ tabulariũ, in quo
tabulę, hoc est instrumẽta, & lrę sacrę ponunt: aerariũ repositoriũ aeris, arma-
riũ, in quo reponunt libri: armamẽtariũ, vbi reponunt arma: cęteraque hmõi.
¶ Pomeriũ est ne idẽ, qđ pomariũ? Minime, Siqdẽ T. Liui⁹ scribit, Pomeriũ
esse locum apud muros vrbis, siue oppidi tã intra, q̃ extra, in quo edificare nõ
licet. Dictũ pomeriũ, q̃si post moenium; hoc est post moenia. ¶ Ciculę simi-
liter diminutiuũ est: hoc est paruę oues. Vbi cauẽdũ est ne incidam⁹ in erro-
rẽ aliquorum: q dicũt pecudes, & oues idẽ signare: & hãc drĩam iter pecus pecu-
dis foemininũ, & pecus pecoris neutrũ, quia pecus pecudis est, quae dat nobis
agnos, lanã, & lac: pecus vero pecoris significat omne aĩal, qđ humana caret
facie. Pecus pecudis, & pecus pecoris nihil differunt. Significat aũt omne ani-
mal, qđ sub imperio hoĩum, & pabulo terrę pascit: vt bos, equus, mulus, asin⁹,
camelus: & hęc oĩa armenta faciũt. Quãq̃ aliq dicant, Armẽta dũtaxat boũ
esse, ab arãdo dicta aramẽta: deinde sublata tertia lrã, armẽta. Pręterea ouis,
quae marem, foeminãque significat, capra cum qua caper, vel hircus: porcus, &
porca, vñ fiunt greges. Ouidius: Mille greges illi, totidemque armenta per her-
bas Pascebant. Virg. Hoc satis armẽtis supat pars altera curę Lanigeros agi-
tare greges. Idem tñ de ceruis dixit: Hos tota armẽta sequuntur, & de bobus
greges: Aut aliq̃ in magno sequitur grege. Cicero etiam in Philippicis dixit:
Cecidit greges armẽtorum: q̃si grex sit generalius nomen: armẽtũ vero specialius.

Hæc igit ir oia & pecudes,& pecora dicunt. Significat tñ nõnunq̃, Pecus pe-coris, multitudinē pecudū gregaliū potius,q̃ armētalium. Virg. Dic mihi Da-mœta, cuiū pecus, an Melibœi: Infelix o sp ouis pecus. & alibi: Caprigenūq; pecus, nullo custode p herbā. Significat tñ pec⁹ pecoris, oues. Quintilianus: Cur in vsum vestitā sæpe pecoꝝ lanę detrahūt. Præter pecudes, q̃drupedes feræ sūt: licet ꝓprie dicant feri, q̃ mānsuefactæ nō sunt. Quæ vero sunt mansue factæ, dicūt cicures: vt canis, elephas, siue elephātus ad bella domitus aper, onager, ceruus, capreolus, dama: caprea: leo: & qcqd deniq; cicurari pt. Cicu-rare (vt Varro inqt) est mānsuefacere. Q. d. n. fero cōtrariū est: cicur dr, & ideo dictū est. Cicur īgeniū hēo: hoc est mānsuetū. A cico añt dictū cicur vr. Cicum dicebāt veteres, mēbranā tenuē, quæ est in malo punico. Cice: in Tusculanis: hāc Varronis opinionē cōfirmancum aīt: Nā aliæ sunt feræ: aliæ cicures: aliæ natātes: aliæ volucres. Illud postremo notādum: q; bos cōprehendit & tauꝝ & vaccam. Equus: & Caballus differuntq; Caballus dr̃ potius: qui asinariam artem exercet. Mulus ꝓprie dr̃: qui generatur ex asino: & equa, Nam qui ex asina: & equo gignitur: hynulus appellatur: q̃uis aliqui burdonem nominēt. Camelus cōis generis est: & tñ nūquam in fœminino reperitur: quemadmo-dum bos: vt Virgilius: Ille meas errare boues. Quod non est mirandum: cū lupus apud veteres in fœminino genere repe iat: q̃uis fœmininum sit lupa.

Quomodo eleganter dicet? Coglieria con teco delle herbette: cogl eria de luua: recoglieria delle pome: seria p̃sente alla vēdemia: verria a ve-dere il torchio: gusteria el vino nuouo del canale: ne me guarderia de quel-le cose: che sole fare communamente ogni huomo in questo tempo: Legerē tecum holuscula: decerperē vuas: colligerem poma: adessem vindemiæ iusse rem torculum: mustū de lacu degustarem: nec a cæteris: quæ agere fere om-nes hoc tpe cōsueuerūt: abstinerem. Legere interdū significat ἀναγιγνώσκειν vt Lego librum: lego Priscianum: & vñ fit frequentatiuum lectio. Interdum lege-re est colligere: vt hoc loco & Virg. Qui legitis flores: & humi nascentia fra-ga. Legare vero est mittere: siue in testamento relinquere: vnde dicuntur le-gati: hoc est pratores: & legata: hoc est: quæ in testamento relinquuntur, & le-gatarii: qui relinquunt. Qñ ꝺo cōponitur cum pre, fit perlego. Est autem per legere vsq; ad finem legere. Lactantius. Non iniuste videor perere: vt si quis erit: qui inciderit in hæc si legit perlegat. Sic differunt scribere: & pscribere: vnde dicimus. Ab initio scribā. & Ab initio ad finem vsq; perscripsi: Sic per ferre est vsq; ad constitum ferre. Cicero: Sed nundius ille: qui literas cepit: vt ferret: non pertulit. Seneca in Tragediis: Leue est miserias ferre: perferre est graue: id est Leue est per aliquod spatium temporis esse in miseriis: sed in his vsq; ad vitæ finem perseuerare: intollerabile est. Sic Martialis: Nam vigi-lare leue est: peruigilare: graue: hoc est partem noctis vigilare: leue est: totam vero insomnem ducere: graue. Vnde idem est peruigilare: & pernoctare: nisi q; illud & noctu: & interdiu: fit: hoc tantum noctu.

¶ Agere reum: est accusare: peragere reum, est condemnare. Dicit autem ac cusato,

cusator reum condemnasse, quando eum condemnatum curauit.

¶ Perorare, est orandi finē facere: vnde Peroratio dr̄. ¶ Persuadere, est suadēdo in opinionē, siue snīam tuā inducere. Suadere enim, & dissuadere ī actu est: persuadere in affectu: vnde male dicunt qdam: Dissuasi hoc illis, pro reuocaui eos ab opinione. Debet enim dici: Persuasi eis ne facerēt: sicut e cōtrario diximus: Persuasi eis vt facerēt: q̄re & suasor dr̄ q aliqd suadet, aut dissuadet, & si nihil psuadeat. ¶ Permanere, est ad finē vsq manere. Plinius: Tunc demū lente, cūctanterq; veniunt: nec tn̄ pmanent. sed ante finē recedunt. ¶ Cōponitur ēt: Lego primæ cōiugationis cum ab, & fit, Ablego: qd̄ est, expello, siue trāsmitto. Componitur ēt cum de, & fit, Delego. Est autem, delegare, aliqd faciendum, administrādū ve iniungere: vt Pōtifex delegauit mihi hāc puinciam: Imperator delegauit mihi hāc curā. Quādo autem lego est tertiæ cōiugationis, fit Deligo: quod est, Eligo: qd̄ similiter ex e, & lego cōponitur. Cum di ēt cōpositum fit, Diligo: quod idem significat. Relego, si a lego tertiæ coniugatiōis ēē positum sit significat rursus lego: Lego si a lego legas, significat, in exilium mitto: vt Galba multos ex ciuibus relegauerat. Cum con, & lego legis compositum, fit colligo: vt Colligo poma. Si vero lego legas cum con componatur, fit collego i. simul mitto: vnde, qui in eadem legatione simul mittuntur: vel quibus aliquod munus simul delegatum est, Collegæ dicuntur.

¶ Quæ dr̄ia est inter eligo, & deligo: Deligere est magis idoneū ad rē agendam secernere: vt Popu. Romanus delegit hunc sibi Imperatorem. Imperator delegit sibi hos milites: non aūt elegit, qa viri ad bellum gerendum leccentur. Eligere vero est ad nostrū emolumentum, vel ad eius, q eligit, dignitatē: vt Eligo mihi domū: Eligo mihi equū. Et notandū: q deligo actūm regit sine præpositione: vt Popu. Romanus delegit Cæsarem in Imperatorem. Eligo vero regit duos actōs: alterum cum præpositione: vt populus Romanus in principem elegit si Octauium. Cicero: Quos Cæsar in senatum elegerat. Inter pares, siue collegas, eligere dr̄ cooptare. Titus Liuius: M. Furius Camillus dictator magistrum equum Lucium Aemilium cooptat. Cicero in Bruto: A quo in collegium augurū fueram cooptatus. Dicimus autem, Agere delectum, & facere delectum, & hr̄e delectum: q̄ a deligere hoc differunt: q deligimus etiam vnum facere vero, vel habere delectum, semper ad multa refert.

¶ Tecū, cur dicim⁹ pot⁹, q̄ cū te: ita ēt mecū, secū, nobiscū, & vobiscum: Illa tria pnoīa, mei, tui, & sui, ita ī plerisq; similia sunt: vt qqd vni puēit, alia quo exigeret videant. Vn̄ cum tecū nō sine rōne dicatur potius, q̄ cū te, ceptera ēt q̄si qdā in societate eodē mō ī orōne collocari voluerūt. Tecū aūt iō dr̄, qa si huic pnomini pponeretur, Cū in grō pl̄i, fieret cacophaton: qd̄ vitiū ī Epistolis, & in oī orōne soluta maxime vitādum est. Effereq lōge turpi⁹ cacophaton, q̄ illud Virg. Numerum cū nauibus æquat. Cæterū obtinuit vsus: vt ēt, Qui cum diceremus in abltō casu pp supradictarū monosyllabarum similitudinē.

¶ Vua, & poma qd ppie signāt: Quid vua significet, manifestū ē. Illud autē notādum, inter acina, & baccas & poma, & nuces dr̄ia est. Acina inter fru

ctus,minores arborꝫ fructuue desiue nascũtur:vt sunt vuæ, quæ cum acerba est,omphacium dr: vnde Oleũ omphacinum:hoc est ex vua acerba factum. vinũ. Item grana hederę.grana sambuci:grana ebuli:grana malimorꝫ:& qcq̃ id simile. Inter baccas vero sunt fruct⁹ lauri:oliuę:myrti:lentisci: & similiũ. Quæ supra hæc sunt,poma dicũť:qbus dũtaxat vescimur: vt sunt:cerasum (siue cerasium)prunum:mespilum. Castanea vero inter nuces referť: vt Virgi. Castaneasq̧ nuces:sicut pinus: corylus: amygdalus:iuglans:& his similia.
¶ Mustũ qd ꝓprie signãt: Mustus,ta,tũ,idẽ est, qđ nouus ua uũ: Plaut⁹, Mustã iuuencã appellatiõ dictũ est vinũ mustũ.i.nouũ. Postea ĩualuit vsus:vt mustũ sine vino diceremꝰ:q̃si mustũ substãtiuum esset,nõ adiectiuũ:quemadmodũ mer⁹,ra,rũ,signãt solũ. Vñ, Merula,dicta ẽ q̃si uis solitaria: & merꝫ vinum dr,qñ solũ est:hoc est sine aq̃. Obtinuit tñ vsus:vt qñ merꝫ dicim⁹, vinum intelligam⁹:vt mero ĩgurgitat⁹:hoc est vino ĩgurgitat⁹: Quinetiã cum dicam⁹ vinum meracius:hoc est magis purꝫ.qđ vernacula lingua dicimus:Piu mondo.& vinum limphacius:in quo plus aquæ est.qđ eadem lingua dicimus:Piu adacquato, Nihilominus etiam sine vino utrumq̧ dicimus,& vinum intelligimus:vt Ego meracius bibo, q̃ tu: hoc est magis purꝫ vinum, q̃ tu bibo: & Tu lymphacius bibis,q̃ ego:hoc est vinum magis aq̃ temperatum, q̃ ego bibis.
¶ De lacu:hoc est ex lacu. Dr.n. De via te allocut⁹ sum: hoc est ex via: De lacu ad me aq̃ defecta est: hoc ex laco. Dr aũt lacus locus ille, in quem torcularis vinũ decidit. Item: Audiui de pr̃e meo,i,audiui ex pr̃e meo: Quęsiui te de ianuã:hoc est ex ianua: Sed notãdum:q̧ de via ĩ alium quoq̧ sensum accipiť. Cic. Cumq̧ de via lãguerem,& mihimet displicerem. Et alibi:Nisi de via fessus esset:q̃si de labore viæ, Hic.n. via signãt iter: hoc est actionem ambulãdi.illic signãt locum in quo ambulam⁹. ¶ Nec,a neq̧ dr ꝑ apocopen. Q enĩ idem est qđ cu. Itaq̧ ablatis ex fine u, & e,remanet Nec. Signãnt aũt hæ duæ cõiunctiões, Et nõ:vt Ego nõ scribo:nec,vel neq̧,tu,scribis:hoc est, & tu non scribis. Interdũ, Nec,capiť ꝑ nõ ẽt:vt Quin. Persolui grã nõ p̃t nec malo p̃rĩ hoc est:nec ẽt malo p̃ri. Nota ĩten⁹ ad elegãtiã spectat q̧ &,& neq̧,aliqñ cõfundunť:vt:Et discere vis,nec tñ studes. Item: Nec studes, & tñ vis discere. Itẽ, Et discere nõ vis,& tñ studes. Item Nec studes, ne discere tñ vis. Nec, & neq̧ sequente enim,aut vero ꝑ simplici nõ ꝑposita negatiõe accipiũť. Item enim sunt:nec enim lego:& nõ enim lego:neq̧ vero dixit:& non autem dixit. Cõmunemente ogni huomo. Caue ne dicas:Cõiter oẽs, sed fere oẽs. Cõmuniter enim non signãt fere(vt vulgus accipit)sed pariter. Ita oẽs: vt communiter in hanc rem concurrerant.i.pariter omnes in hanc rem concurrerunt.
¶ Fere,qd ꝓprie signãt: Aliqñ idem est qđ pene:hoc est: Paululum abfuit, qn vt fere cecidit.i.parum abfuit,qn caderet. Aliqñ signãt quandã vniuersalitatem rei,vel tpis,vel loci:vt: Fere oẽs ita loquunť.i. fere omnes hoies ita loquunť, Fere vtor hac veste.i.quasi omni tpe, & omni loco vtor hac veste. Romani fere orbem subegerunt:hoc est:Romani q̃si totum orbem subegerunt.
¶ Temere,oẽs fere docti post Ciceronẽ,ꝑ fere acceperũt. Quin. Illud inge-

niorũ velut precox genus nõ temere vnq̃ peruenit ad frugẽ, pro nõ fere vnq̃.

¶ Oĩs, distributiua dictio est: & cõplectit quicquid substãtiuo est, cui cõiungitur verbi gratia: Oẽs hoies: idest quicquid hoium est. Omne pecus. i. quicquid est pecoris: Sed diligẽter animaduertẽdũ est: ne incidamus in multorũ errorẽ, q dicunt. Quilibet, oẽm signare, & similiter dictionẽ distributiuã esse: vel sitq; Quilibet, homo currit: & nullus hõ currit contraria esse. Sed oĩs homo currit: & null⁹ homo currit, non esse cõtraria: eo q plus signat, Omnis homo currit, q̃ nullus hõ currit. Siquidẽ, Omnis hõ currit, tã mares, q̃ fœminas: hoc est omne humanum genus cõplectitur Nullus homo currit, duntaxat mares. In vtroq; sane pueriliter fallunt, qui ita sentiũt: nã & oĩs hõ, & nullus homo, plane cõtraria sunt. Nec obstat q oĩs cõis generis sit: Nullus tñ masculini Siquidem, Nullus homo, omne genus humanũ cõplectitur: & Nullus bos, omne genus bouinum: cum homo, & bos cõis generis sint: & dictio distributiua non impediat, quominus tam mares, q̃ fœminas significet. Eodem enim modo dicitur, Nullus hõ currit, ac si diceretur, Nullus homo, siue mas, siue fœmina currit, Nullus bos, siue mas sit, siue fœmina arat. ¶ Quilibet, vero non distributiua dictio est, sed particularis: signat enim vnũ ex multis indeterminate, vt si multi sint hic mecũ pugnaturi, dicã, Prodeat qlibet, & mecũ certet, hoc est pdeat un⁹ quicũq; ille sit. Quinti. Quarũ nos una res qualibet nihil interuenientes fatigaret. Adeo facilius est multa facere q̃diu. Hieronymus, Ad unũ quemlibet filiorũ Aaron. Hic similiter notandũ est, q Aliquis, & Quidam differũt. Aliquis enim particularis dictio est & significat aliquem incertũ, vt si dicam, Aliquis pulsauit hostiũ, hoc est, hõ aliquis, quẽ nescimus. Quidã vero est dictio poti⁹ singularis, & significat aliquẽ certum, & distinctum hominem, licet non nominatum, ut si dicam, Venit ad me quidã amicus meus, hoc est vnus, quem scio, & non nomino. nec licet dicere, Venit ad me aliqs amicus meus.

¶ Abstinere, & Cõtinere differũt ne inter se? Differũt sane. Nã cõtinere fit, cũ quodã labore, cũ. s. ratio obsistit sensui, hoc est sensus trahit hoĩem in vnã partẽ, rõ in aliã. Abstinere vero sine aliquo labore fit, cũ. s. rõ dñatur sensui, & ab his tẽperat, q̃ uitiosa sunt, firmato iam habitu, & sine aliqua difficultate, unde continentia nõ est uirtus, sed dispositio ad uirtutẽ, & principiũ uirtutis, & sic diffinitur, Cõtinẽtia est p quã cupiditas animi rõne, ac cõsilio gubernatur. Abstinẽtia uero est perfecta, & absoluta uirtus, & sic diffinitur, Abstinẽtia est rõnis ad libidinem, atq; alios non rectos impetus animi firma, & moderata dominatio. Tamen hæc duo uocabula aliquando apud scriptores indifferenter capiuntur. Quæ res quendam nostra ætate uirum doctissimũ traxit in errorem, vt in expositione eorum uerborum longe a ueritate discesserit.

¶ Q̃uõ latine diceret, & elegãter? Io giuocheria anchora alcuna uolta cõ te a giuochi piaceuoli, nõ ĩ cãpo a saltar: o alla palla, o al scrimir, o ad altri giuochi, che sogliono affaticare, o straccare i corpi nr̃i, ma caminãdo cõ te p le selue e colli, e valle, e boschetti, e portãdo le tue operette in seno, conmouerla anchora le muse a giuocare cõ noi, nelq̃l luogo nõ saria alcuno che ce ss pre-

desse de troppo liberta: & se alcun ce fusse, noi se escusaressemo per esser in luogo solitario. Luderem etiã interim tecum ludis nõ iniucũdis: non scilicet in campo saltu: aut pila: aut gladiatoriis ludis: siue aliis, quæ lassum, ac defatigatum reddere corpus consueuerunt: sed per siluas, & colles, & saltus, & nemora tecum deambulans: ac lusus tuos sinu gerens, ipsas etiam Camœnas ad ludum excitare: vbi nemo esset, qui nos nimiæ licentiæ accusaret: & si q̃s esset, facile ipsam solitudinem excusaremur.

¶ Ludere, & iocari differunt? Ludimus enim re: iocamur verbis. Vnde ludus in facto est: iocus in verbo: ideo dicimus. Ioco ne, an serio loqueris? Interdum tamen hæc duo verba confunduntur vt Iuue. Quoties voluit fortuna iocari: pro ludere posuit. Ouidius: Hos ignara iocos tribuit Natura puellis. Materia ludunt vberiore viri. Mille fac esse iocos: turpe est nescire puellam Ludere: ludẽdo sæpe paratur amor. Cice. ioca pro iocos scripsit ad Atticum. Itaq; ioca tua plena facetiarum. E contrario ludus, pro ioco põnitur. Horatius: Sed tñ amoto quæram? seria ludo. hinc ludere, pro iocari frequenter inuenitur, Pli. Ludere me putas, serio peto. Cicero; Qui ita dicit, ludere videtur. Vnde & cõposita a ludo potius ad verba, q̃ ad actionem pertinent: vt Eludo. Cic. Sed & vos ab illo irridemini: & ipsi illum vicissim eluditis. Ludere etiam dicimus, versibus scribere: vnde & opuscula poetarum, siue alioꝝ versus scribẽtium, lusus dicuntur. Alludere, est cum aliud dicimus ad aliud latenter referre sententiam: vt Virg. dum narrat ludos Aeneæ, alludit ad Augusti victoriã: Actiacaq; Iliacis celebramus littora ludis. Ludum ẽt appellamus scolam: vnde ludi magister dicitur. Et est ludus literarius scola grammaticæ. Dicit ẽt ludus cæterarum artium, sicut musicæ: vt Apud Terent. de fidicina, quæ quotidie discebat in ludo. Item ludus armorũ, qui ludus quoq; gladiatorius dicitur: ludos tñ gladiatorios frequẽtius, q̃ ludum dicimus: quoties vnum plura ve paria gladiatorum ad spectaculum pugnatura pducũtur: quæ res munus gladiatorium dicitur, & quid spectaculum, populo facit: numerarius: & qui gladiatores domi exercet: & postea vendit: lanista. Vocantur autem ludi gladiatorii: sicut ludi Circenses: & ludi Apollinates: & reliqui.

¶ Interim: nõnunquam significat interea: vt Interim venit ad me Socrates idest interea: dum hæc agerentur: nonnunq̃ significat: Aliquando. Quint. Barbarismi: ac Solœcismi fœditas absit. Sed quia interim excusantur hæc vitia: hoc est aliquando excusantur.

¶ Nota: q; eleganter dicimus: Ludo ludis: & ludo ludos: sed Ludere ludis: est ludere ad aliquod genus ludi: vt ludo pila: & ludo palæstra. Ludere ludos: est ludere: quemadmodum dicimus: Viuo vitam: Non morior mortem. In quo modo dicendi multum inest suauitatis: & significant viuo: & morior. Secus dicitur: Acta age. Hoc enim prouerbium est: quod dici solet: cum superuacuo dicimus: aut facimus aliquid: quod notum: actumue sit,

¶ Non iniocũdis: hoc est iocundis. Vbi aĩaduertendum est: q; cum positiuũ exprimere volumus: lõge elegãtius cũ positiuo sibi cõtrario præposita nega-

tione exprimimus:q̄q̄ aliq̄n minus aliqd significet q̄ positiuum:vt si dicā:Homo nō est improb⁹:hoc est satis ꝓbus:& philosoph⁹ haud ignobilis.i.satis nobilis Interdū plusquā positiuū significat:vt si dicā.Nō illepide inqt poeta:significat lepidissime.Et nō insulsa orō d̄r:in qua plurimum sit salis.Et nō semel:idest sępius q̄q̄ nō semel significare ēt possit nūq̄:vt Non semel ad me venit:idest sæpe ad me venit.& Non semel ad me venit idest nunq̄:siue Ne semel qdem ad me venit.Item eadem aliq̄n verba duo plane inter se contraria significāt: vt fit etiam si dicam.Adolescens:cui acutum est ingenium:nullo labore fit doctus.Et Adolescens:cui obtusum est ingenium:nullo labore fit doctus.Prima quippe oratio affirmatiua est:& significat:adolescentem boni ingenii sine aliquo labore fieri doctum.Secunda vero negatiua est:significatq; adolescentē obtusi ingenii cum quātocūq; labore non doctum fieri.Ita hęc verba: Nullo labore discis,duo cōtraria significant:hoc est sine aliquo labore discis:& cum quouis labore nō discis.Tu impari senza alcuna faticha Tu nullo labore discis.Tu nō impari etiamdio cum qualunq; faticha.Tu nullo labore discis:Itē Io mi maraviglio grādissimamente:duobus modis inter se cōtrariis exprimitur:hoc est:Non possum satis mirari & non possum non satis mirari. Eadem enim vtrobiq; sñia est,& mirari me vehementer significat.Quāq̄ illic dicat:Nō posse me tm̄ admirari:quin magis etiā admirādum esset:Hic Non posse me facere:quin admiret.Sic ēt dicimus:Nō possum satis deflere calamitatem nostrā.& Nō possum nō satis deflere calamitatem nostrā.& Nō possum satis q̄ri.& Nō possum nō satis q̄ri:hoc est lamētari:& alia hmōi pmulta:q̄ non veniunt mihi nunc in mentem:vt est,Veni in opinionem:q̄ oro aliq̄n actiue accipitur,& significat:Opinor:aliq̄n passiue:& significat: Venio in æstimationem :idest alii opinant de me.Nota:ꝙ elegātissime dicimus:Non memini huius rei:Nō venit mihi in mentē huius rei,& Hæc res non venit mihi in mentē.& Excedit mihi memoria huius rei,in nominatiuo:& Hæc res excidit mihi memoria:in ablatiuo.Dicimus ēt:Non occurrit mihi:Non succurrit mihi:Non subiit mihi.Virg.subiit chari genitoris imago. Quin. Curtius hoc verbum cum actō cōiūxit:Sera pœnitentia subiit Regē.¶Scilicet: significat certe hoc loco:quem admodū apud Virg.Scilicet is superis labor est cura quietos Sollicitat: Scribit aūt,cum c ꝯ cōpositū fere est ex scire:& licet:Interdū significat qd̄ dicim⁹.i. Siue hoc est:vt si dicā:Homo animal.s.mortale:hoc est:homo.i.animal mortale.Easdem significationes habet:Videlicet:& componit ex videre:& licet. ¶Campus qd ꝓprie significat:Campus est grāde:atq; amplū spacium terræ:q̄ plana sit Vñ aliq̄n Spaciosas plateas:cāpos vocam⁹. vt Romę:Cāp⁹ Marti⁹ d̄r.Nā lo⁹ hmōi angustior:Area vocat.Differt āt Cāp⁹ ab Agro:nā Ager: si cū nōe vrbis iūgat:territoriū significat:vt Ager Viterbiēsis:Ager Falisc⁹:Ager Sentinas:& tunc caret plurali.Alioqn est locus ruri(sicut supra dictū est) quē colimus:siue arando,siue serendo arbores.Nā si terrā seramus frugib⁹: Aruū noiat.& in hoc secundo significato hēt pluratiuum numeꝝ: vt Oēs agros Viterbiēses:& Faliscos:& Sentinates depopulati sunt hostes.Priore āt mō non re-

ut diceremus: Hostes depopulati sunt agros Viterbienses, & Sentinates. Non enim intelligeretur de territorio: sed dicendũ est: Agrũ Viterbiensem, & Sentinatẽ. A cãpo aũt dicta sunt cãpestria: hoc est brachę: q ludẽtes in cãpis, oib⁹ uestibus exuebant, & nudi ludebãt, solis cãpestribus tecti virilia. Vñ & cãpestrati dicunt, sicut tunicati, & manicati. Dicunt ẽt femoralia, siue fœminalia, a femorib⁹, siue fœminibus: nã femora ptẽ illã exteriorẽ significãt: fœmina anteriorẽ: Coxa aũt pars illa est, q est supra femora. Vnde coxa uitiata, seu fracta dr̃, qñ os illud, qd̃ in uertebro uoluitur, fractum, seu uitiatum est. Saltus a saltando dicitur. Saltare aũt, siue eius frequẽtatiuũ salitare interdũ significat, choream agere: &(quod uulgo dicunt) tripudiare: unde & saltatio dicit & saltatiuncula: ut Puellæ egregiæ saltantis & Plato aliqñ saltauit. Scripsit autem Plato in libris de repu. de diuersis generibus saltationis: modestis tamẽ & non qualia his temporibus cernimus. Interdum significat salire, & tunc ab eo fit saltus, qualis est ceruorum. Ponitur tamen aliquando, Salire, pro saltare: hoc est: tripudiare: sed saltus pro saltatione nunquam ponitur.

¶ Lassus, Laxus, & Lapsus quo differũt inter se. Lassum dicim⁹ tã aĩo q̃ corpore defatigatũ. Laxus, vero nõ signãt largũ (ut qdã putant) sed lẽtũ, molle, & flexibile, nullã duritiẽ, nullã rigiditatẽ habẽs: & ad inanimata magis refert: vt laxi rudẽtes, laxæ funes, laxæ vestes. Lapsus a labẽdo, dr̃: vt Lapsus in errorẽ: hoc est: q cecidit i errorẽ. Fessus idẽ est, qd̃ fatigatus: siue aĩo, siue corpore. Deffessus, defatigatusq̧ is dr̃, q ita fessus, ac fatigat⁹ est: vt ab ope desistat, qd̃ istituerat. Cic. de Oratore: Eqdẽ nũq̃ qescã, neq̧ defatigabor, donec pfecero.

¶ Collis, & mons in hoc differũt: q mons est maior, & collis minor est, & quasi mõticulus qdã: siue a mõte supatus sit, siue pars mõtis. Iugũ, est ipsa sum mitas mõtis, siue ẽt collis. Cliuus est paruus collis, & facilis: vt Cliuus Capitolinus. Promõtoriũ, mõs est in mare pminẽs: qd̃ græce ακρον dr̃: vñ Sicilia dicta est Trinacria: q hẽat tria pmõtoria. Saltus aũt dicunt colles, qui & sparsi interpositis valliculis, a saltãdo dicti. Vallis dr̃, q introitũ ab vna pte, & ab altera exitũ habet latũ, & patentẽ: Cõuallis uero, q introitum dũtaxat hẽt arctum & difficilẽ: qlis est introitus ad lacũ Transumenũ venientibus ex Tuscia: quem locũ p metaphorã, Fauces dicim⁹: ¶ Accusare, est reũ arguere, vel rephẽdere: & semp iũgitur cũ gtõ: vt Accuso te insolẽtiæ: Accuso te parricidii. Excusare vero signãt, in excusationẽ adducere: & reqrit acũm: vt Excusat morbũ: excusat imbrẽ, i. in excusationẽ adducit vel morbũ, vel imbrem: Quin. Tu tamẽ si interpellatus tempestatibus serus venisses, excusares mare, & ambiguos flatus. Excusares d. ẽt: hoc est: in excusationẽ adduceres. Item excusare, aliqñ est purgare: vt Excusamus crimen obiectum. Quod cum videtur satis purgatũ, dicimus: Accipio excusationem: pro eo, quod vulgus dicit: Habeo excusatũ.

¶ Nemo nõ dr̃ quasi nullus hõ, vt aliqui existimant. Nã si ita esset, nõ iungeretur cum hõ: vt Cic. dixit: Hoĩem adhuc vidi neminẽ. Vero est q de hoĩbus solũ dicitur: & apud poetas de Diis, siue Deabus. A pte aũt aliqñ ponit in fine clausulæ: vt Homo adhuc visus est nemo: & Hominem adhuc vidi neminem.

QVomodo elegāter dicemus? Ma dopoi, che io nō posso venire a te, e cō decente cosa, che tu torni da noi. La qual cosa se tu farai, io hauero in tutto il desiderio mio: Conciosiacosa, che io non posso da hora inanzi non stare in malenconia de fatti tuoi: & nō dubitare di te essendo tu anchora gio uenetto: ouero piu tosto fanciullino: Sed postq̃ venire ad te ipse nō possum: par est, vt tu ad nos reuertaris. Quod si feceris: oīa nobis ex sententia succe dent. Neq̧ enim possum de te absente post hac nō esse solicitus: & adolescen ti tibi, ne dicam puero, aliqñ non timere. ⸿ Postq̃ & anteq̃ dicimus: & post eaq̃, & anteq̃. iungit aūt plerūq̧ elegantissime cum indicatiuo: vt Anteq̃ ad rem venio: & Posteaq̃ ad hoc veni. ⸿ Ipse oīum psonaꝝ: & si cū prima pso na verbi iungit idē significat, qd̄ Ego: vt Quæq̧ ipsa miserrima vidi: hoc est: queq̧ ego vidi. Si cū secūda psona verbi iūgat, signat tu: ut Sed celer ipse re di. i. tu redi. Cū tertia uero psona, ppriū habet significatum. Sed notandum: q̧ Ipse aliqñ cum ego, & tu, & ille: uel cum noīe pprio simul ponit: & habet maiorem expressionem: significatq̧ me, te, uel illum: nō p alium, sed p nos aliqd agere, uel elegisse, uel acturos esse: ut Ego ipse interfui: & Tuipse uidisti: Illeip se sentit: Plato ipse testatur. Quam uim habent, hæc pronomina, qñ, met, syl laba eis adiicitur: ut egomet, tumet, ipsemet. Huic uero pronomini, tu iungit etiam, te: ut tute id fecisti: i. est. Tuipse. Reperitur etiam apud veteres: Ipsus ipsa ipsum: vñ fit, ipsior, & ipsissimus. ⸿ Par est, pro decens est, elegantissime dr̄. Quintilian⁹: Si propter matrimonia violata urbes euersæ sunt: qd querī adulterio par est? Sed nō minus elegāter, parem esse, pro sufficere ponim⁹ ali cui operi: siue resistēdo, siue exequēdo. Resistendo: ut Repugno fletui quo ad possum: sed ad hos partes nō sumus. Item: Nūc infelix par nō est dolori nūc nō inuenit ulla solatria. In exequendo, sic: Aspicio par laborib⁹ corp⁹. Paria facere est, qd̄ nobis aliunde pstitum est aliunde cōpensare: multumq̧ habet elegātiæ. Quint. Paria tecum facio resp. quæ ppter me unū ciuem perdide ras. Et alibi: Sic paria faciemus. Tu ille eris uicarius meus. Seneca: Vt statim tibi soluā qd̄ debeo: & quātum ad hanc Epistolā paria faciamus. ⸿ Reuer tor, siue Reuerto (utroq̧ enim modo Cicero utitur) interdum signat redeo: ut hoc loco. Interdum signat uenio: multumq̧ in eo uerbo elegantiæ est, Cic. de Fato: Ad Chrysippi laqueos reuertamur: cum nihil de Chrysippo locutus fuisset. In eadem significatione accipit Reddo. Quin. Si uez est post uetusta sæ cula, & innumerabiles annos reddi rursus aliis corporibus aīas. Reddi dixit, pro dari: sicut Cice. reuertamur, pro ueniam⁹. ⸿ Ex sñia signat p desiderio nr̄o: & ad uotū: additurq̧ aliqñ animi. & dicimus: Ex animi sñia. Vbi notādū est: q̧ aliud est, Ex aīo: aliud est, Ex animi sñia. Nā ex aīo, signat qd̄ Græci di cunt: ἐκ τῆς καρδίας hoc est, Ex corde: vt Ex aīo loquor: Quāq̃, i aīo est, & Cor di est, sint diuersa. Nam, In aīo est, signat, In aīo habeo: vel Animus est mihi: uel uolo, atq̧ statuo. Cic. In aīo mihi erat mittere ad Dolobellam. At, Cordi est, signi. Placet, & delectat. Terē. Si tibi hæc nuptię sunt cordi. i. si ubi iocū dæ sunt. & alibi: Quia vterq̧ utriq̧ est cordi. i. uterq̧ alteꝝ amat: Ex aī uero

ſnia,eſt Ex voto,vel ad votumvt Duxi vxorē ex animi ſnia. Notandum eſt hmōi prępoſitiões E,& Ex,magnā hr̄e eleganti:ſi recte in ſ̄one collocent.
Dicimus.E rep.pro rep.vel ad vtilitatem reip.Quint.Nemo dubitat:vt ſal uos eſſe eos magis e rep.ſit,q̄ puniri.E regiōe,i.ex oppoſitio.E diuerſo.i.ecō trario.E re tua & E re nr̄a.i.ad tuā,& ad noſtrā vtilitatem. Liuius: Perinde ac nō poſtulauerit.quæ e re ſua eſſent:ſed ſuaſerit,quæ nobis ſenſerit vtilia eſſe.
Similiter dignitate,& vtilitate,ex vſu.Cic. Ex tua, ac reipu.dignitate facies.
& alibi:Legē(vt æquum eſt) ex dignitate reip.cōſiderate. Cęſar: Vtrū pliū cōmitti ex vſu ſit.Ex tpe dicere,eſt improuiſum,& īpremeditatū dicere Hinc dr̄:Extpalis oratio:quæ non eſt domi p̄meditata:quæ ēt extemporaria dictio appellat.Ex tpe viuere,dicit Perſius:hoc eſt:tpi ſe accōmodare,Item dicit Ci ce.Ex tpe agere:& Ex tpe conſilium capere: & Ex tpe officium quærit:quaſi ex tpis cōditione. Item Cice.renibus laborabat,inq̄:hoc eſt in renibus mor bum patiebat.Ex uinculis cām dicere,eſt vinctum rn̄dere:vt Ex equo pugna re,eſt quo inſidentem pugnare.¶Opere pretium eſt cōmemorare q̄tam ēt elegantiā in oratione habeat,Pro,p̄poſitio:Siquidem(vt A.Gelius refert) alr̄ dicimus:Pōtifices pro collegio decreuiſſe:aliter quēpiā teſtē īntroductū pro te ſtimonio dixiſſe:alr̄ p̄lium factum,depugnatumq; pro caſtris: aliter pro æde Caſtoris:aliter pro roſtris:aliter p tribunalia:aliter p cōdone:aliter Tribunū plebis p ptāte interceſſiſſe:quæ oīa neq; paria ſunt,neq; vſquequaq; diuerſa.
¶Succedere qd pprie ſignat:Succedere,eſt euenire, & capitur tā in malam, q̄ in bonā ptem:vt Bene ſucceſſit,& male ſucceſſit.Hinc dr̄ Succeſſus:hoc eſt rerū euētus.Cōponit aūt Succedo,& ſub.& cedo, b mutata in c.quemadmo dum ēt cum alijs p̄poſitiōibus cedo cōponit:vt cum Accedo:qd̄ interdum ſi gnificat,aduenio:interdū,appropinquo:interdū capit pro addit:vt Ad hoc accedit.i.ad hoc addit,Vnde acceſſus aliq̄n ſignificat augumētum.Cum aū, Antecedo:hoc eſt præeo.Cum inter,Intercedo:qd̄ verbum multū elegantiæ habet,Significat enim interdum intercedit:hoc eſt neceſſitudo q̄dā inter nos eſt,q̄ nos inuicem conciliat: vt Intercedit mihi tecū affinitas:Intercedit tibi cū illo amicitia:Intercedit illi cū vtroq; neceſſitudo,Interdū īntercedit ſignat, mediū ſe verbis,& vi opponit:ut Tribuni interceſſerunt:hoc eſt oppoſuerūt.
Cum abs,Abſcedo.i.recedo:vt Abſcede a me ſcelerate.Cum de,Decedo:qd̄ interdū eſt,diſcedo:ſiue recedo:vt Cum demo recederē:vel Cū ex vrbe dece derem:hoc eſt diſcederē.Sed magis pprie,Decedere, eſt a mādato cuſtodiæ ſuæ recedere:vt Cōſules,p̄tores,cæteriq; magiſtrat⁹ dicunt e puincia decede re.Item p̄ſidia ex vrbibus,& milites ex caſtris.Differt aūt, Decedo,qū diſce do ſignat,a Migro.Migrare enim eſt mutare domicilium: & alio ſe ad habi tandū cōferre:cui ſimilia ſunt emigrare,demigrare,& cōmigrare Remigra re autem ſignificat reuerti in priſtinum domiciliū.Tranſmigrare vero, eſt in locum magis remotū domicilium mutare:vt Tranſmigrauit in Syriā:Immi grare eſt in domum aliquā habitādi grā ſe cōferre:ppter hoc,q morium,mi grare dicunt:ſed cū appoſito:vt Cice.Anteq̄ ex hac vita migro.Quintilia

¶ Idus q̃ sunt? aut vñ dicunt? Vnusq̃sq; mensis habet octo Idꝰ: vñ in superioribus q̃tuor mensibus, Martio, Maio, Iulio, & Octobre, qui sex hñt nonas, Idꝰ est quintodecimo die mensis. In cæteris vero, q̃ q̃tuor habent Nonas, die tertio decimo. Vñ in illis quatuor, octauo die incipimus dicere: octauo Idus: & sequenti die septimo Idus: & sic deinceps sexto, quinto, q̃rto, tertio Idus, & pridie Idus, & idibus. In cæteris vero mensibus, a sexto die incipimꝰ dicere: octauo Idus: & septimo die, septimo Idꝰ: & octauo die, sexto Idus: & sic deinceps. Finitis idibus, siˢ sint menses Ianuarii, vel Augusti, vel Decẽbris: q̃ hi menses hñt vnũ & triginta dies, & duntaxat q̃tuor nonas, dicimus statim. xix. cal, Septembris, si Augustꝰ sit: vel Ianuarii: si sit mensis Decembris, vel Februarii: si mensis Ianuarii sit. Quippe is dies est decimꝰ octauꝰ añ cal. Et cũ vltimꝰ dies dicat̃ pridie cal. penultimꝰ tertio cal. antepenultimꝰ q̃rto cal. Et sic de cæteris merito hic erit. xix. calen. Si vero sit mensis Februarii: statim post idus: dicimꝰ sextodecimo calen. Martii: nisi forte sit bisextus: tunc enim q̃ Februariꝰ hẽt nouem & xx. dies: & q̃tuor nonas duntaxat: statim post Idus: dicimus. xvii. cal. martii. Si autẽ sint mensis Aprilis: Iunii: Septembris: & Nouembris: qui. xxx. dies hñt: & dũtaxat q̃tuor nonas: statim finitis Idibꝰ: dicimꝰ decimoseptio cal. Iunii: vel Augusti: vel Nouembris: vel Decẽbris. Q̃d si reliq menses fuerint: hoc est Martius: Maius: Iulius: & October: qui dies vnũ & triginta hñt: & Nonas sex statim post Idꝰ: dicimꝰ. xviii. cal. Aprilis: aut Iunii: aut Augusti: aut nouembris. Q̃d vt summatim colligat̃: sit hæc regula: mẽses q vnũ & triginta dies habent: si quatuor Nonas habeant: incipiunt a. xix. calen. Si sex habeant

Nonas.xvii. Cal. Februarius semp a.xvi. Cal. incipit, nisi sit bisextus. Reliqui menses a.xviii. Cal. incipiũt. Idus aũt nomen a Tuscis trãslatũ est. Dicunt enim illi, Item, qđ verbũ interpretant Iouis fiduciã. Nam cũ Ioue accipiamus pro lucis auctore: vñ Lucetius a saliis vocatur: & Cretenses φωσφόρον vocitãt: Romani quoq; Diespitrẽ diei prẽ appellauerunt: optimo iure is dies, Itis: hoc est Iouis fiducia vocaticulus lux nõ finitur cũ solis occasu: sed splẽdorem diei, & noctis cõtinuat propter claritatẽ Lunæ: qđ semper in plenilunio: hoc est medio mensis fieri solet. Alii existimant Idus: quasi Vidus a videndo, dictãs esse, u litera detracta, qđ tunc plena Luna videat. Meli⁹ tñ dicerẽt ἀπὸ τοῦ εἰδέναι deriuari: quod significant videre: & hinc tractum est Video: addita u cõsonãte. Sunt q existimãt Idus dici ἀπὸ τοῦ εἰδοῦς: hoc est a specie: quod eo die Luna plenissimam speciem ostendat. Alii censent ab Ioue Idus dici: quia omnibus Idibus Ioui immolatur: hanc idclam Tusci vocãt. Nonnulli, quod verro similius opinantur Idus vocari: est, is dies diuidat mensem. Iduare enim Aetrusca lingua est diuidere: vnde vidua dicta est, quasi viro diuisa.

Hoc loco notandum est: q hac mẽsium diuisione soli Latini vtuntur. Cæterę enim nationes dũtaxat in dies, & septimanas menses distinguunt. Vnde Cæsar Augustus (vt erat faceto ingenio) cum aliquos nõ soluturos existimabat: Ad Cal. Græcas soluturos aiebat, i. nunq̃ soluturos: cum nullæ sint apud Græcos Cal. Illud quoq; notandum est: q; dicimus tertio Calẽdas, Idus, & Nonas: & tertio Calendarum, Iduum, & Nonarũ. Item pridie Calendas pridie Calendarum. Postridie Calendarũ, & postridie Cal. Item tertio Cal. & ad tertium Cal. Quarto Cal. & ad quartum cal. Hoc tñ interest inter tertio calen. & ad tertium cal. & similia: quia pro tertio cal. quarto cal. & huiusmodi, determinatus dies, & certus significat, qui est tertius, aut quartus a cal. Per illud vero, quod dicitur: Ad tertium, aut ad quartũ cal. nõ intelligitur ipsum tertiũ die, aut quartum a calẽ. nec aliquẽ tertium diem: sed dicm aliquẽ illi propinquũ. Et perinde est dicere: ad tertium cal. ac si diceremus: Circiter tertium cal. Potest tamen aliqñ poni: Ad tertium, siue quartum cal. pro ipso die tertio, aut q̃rto calẽdarũ: vt si dicas: Ab hoc die vsq; ad quartũ Idus decẽ dies intersunt.

Nec illud prætermittẽdũ est: q; dicimus: Calendas Ianuarii: & Ianuarias. Februarii, & Februarias. Martii, & Martias: Aprilis dũtaxat, & si Aprilias Maii, & Maias. Iunii, & Iunias. Iulii, & Iulias, & Quintilis. Augusti, & Augustias, & Sextilis. Septembris, & Septembrias, & Septẽbres. Octobris, & Octobrias, & Octobres. Nouẽbris, & Nouembrias, & Nouẽbres. Decẽbris, & Decembrias, & Decẽbres. Cur Iulius, & August⁹ dict Quintilis, & Sextilis? Rogare potius debuisti cur Quĩtilis & sextilis Iuli⁹, & August⁹ dicant. Illa. n. hęc mẽsiũ pp̃ria noia fuere: hæc postea imposita sunt. Veteres dũtaxat decẽ mẽses hũerunt: atq; apud eos ann⁹ trecẽtorũ quatuor dierũ. Sex enim menses. i. Aprilis, Iulius, Sextilis, Septẽber, Nouẽber, & Decẽber, singuli triginta dies habebãt: reliqui uero quatuor: hoc est Marti⁹, Maius, Quintilis, October, vnũ & triginta dies singuli continebant. Hanc anni ordinationẽ primus Romulus fecit: & primũ mẽ

sem genitori suo Marti dicauit: & ab ei⁹ nomine Martiū appellauit. Secun dū vocauit Aprilē: vel a spuma: q̄ Graeci αφρον vocant: vnde Ven⁹ αφροδιτη dicitur: q ex ea orta credatur: & sic cū aspiratiōe scriberetur Haprilis. Quip pe ex Venere nat⁹ est Aeneas: & ideo primi duo menses anni iure videntur dicati Marti, & Veneri gentis Romanae vrbis p̄cōditorib⁹. Vel Aprilem di xit: quasi aperilē: eo q hoc mēse & coelū, qd̄ nubib⁹ obductū fuerat: & mare, qd̄ clusum fuerat nauigantib⁹: & terrae, q̄s imbres, niues, glacies, contexerāt, aperiantur: q̄n ēt arbores, frugesq parturiāt: vn̄ Virg. inq̄t: Et nūc oīs ager: nūc oīs pturit arbos: Nūc frondēt siluae: nūc formosissimus ann⁹. Tertiū mēsem, & quartū Romulus Maium, & Iuniū appellauit: q cū populum Romanum in maiores, iunioresq diuisisset: vt illi cōsilio, & armis rempublicā tutarētur, in honorē vtriusq partis duos menses censuit nominandos esse. Aliq tamen putant, Maium a Maia Mercurii matre ita dici: q hoc mense mercatores oēs Maiae, Mercurioq sacrificabant. Iunium vero dictum esse primo Iunoniū: deinde post longū temp⁹ detracta ne Iuniū dictū: siue qd̄ aedes Iunoni Mo netae Cal. Iunii dedicata est: siue q hic mensis Iunoni sit sacer. Alii tamen existimāt, Iuniū a Iunio Bruto appellatū esse: qui prim⁹ Romae consul fuit: q Cal. Iulii, expulso Tarq̄no, sacrū in monte Aelio fecerit. Cal. Iuniae dictae sunt fabariae: q̄a hoc mense adultae fabae sacrificiis adhibentur. Hinc seq̄tur Quintilis: sic dict⁹, q in ordine q̄nt⁹ sit. Deinde Sextilis, q sit sextus. Postea September, October, Nouember, December, q sint septim⁹, octau⁹, nonus, & decim⁹. Caeterū Quintili Iulii nomen in honorem Iulii Caesaris positū fuit: legem ferente Marco Antonio consule: quod eo mense procreat⁹ esset Iuli⁹ Caesar. Similiter Sextilis appellat⁹ est August⁹, senatu ei hunc honorem de cernente: q eo mense primū consulatū iniuisset: triumphos tres in vrbem in tulisset: & Aegyptū in potestatem pop. Rom. redegisset. Statuerat etiam Do mitian⁹: vt nomine suo October vocaretur: sed post mortem eius id nomen, tanq̄ infaustū ex omni aere, & saxo deletum est. Post Romulū Numa Pompi lius aliq̄to perit or, huic anno q̄nquaginta dies addidit: q̄bus adiecit alios sex retractos ex singulis illis sex mensibus, q triginta habebant. Et ex his consti tuit duos alios menses: quos is decem praeposuit: vocauitq primum Ianua riū, tanq̄ bicipitis diei mensem respicientem, ac prospicientem transacti an ni finem, & futuri principiū: scd̄m dicauit Februo Deo lustrationū, vocauitq Februariū: q ciuitas eo mense lustrabatur. Postremo C. Caesar. ccclxv. dierū annum constituit, quo spacio, addito quadrante, Sol zodiacum circuit: & ne quadrans deesset, constituit: vt quarto quoq anno sacerdotes, qui curam de mensibus, ac diebus habebant, vnum intercalarent diem ante q̄nq vlti mos mensis Februarii dies: idq Bisextum nominauit. ¶ Vnde dicitur men sis? graecum, uocabulum est. Illi enim μηνα dicunt. ¶ Annus vnde dicitur? Quidam existimant ab, An, dictum esse: quod uerbum antiqui dicebant pro circum: vnde dicitur ambio: idest circūdo. & Cato: An terminū dixit, pro cir cū terminū: q ann⁹ in seipsum reuoluat: q̄a Sol semper ab eodē ad eundem

terminum reuoluitur.vnde Virg. Interea magnũ Sol circumuoluitur annũ. Annum salutis dicimus, quo Deus Optimus Maximus humanum genus, legato filio suo, a perpetuo exitio liberauit. Et queadmodum veteres olim per Olympiades, & Romani per Consules tempora distinguebant, ita nos per annos, qui annum salutis sequuntur, distinguimus. A quo tempore agitur nunc annus millesimus quadringentesimus sexagesimus octauus.

DA nunc totã Epistolam: Nicolaus Perottus Pontif. Sypontinus Pyrrho Perotto fratris filio. S.P.D. Redditae mihi fuerunt literae tuae, quae magnam nobis voluptatẽ attulerũt. Ex his enim intelleximus & tibi bene esse, & me abs te non modo diligi, sed etiam vehemẽter amari. Ego quoq; mi Pyrrhe amo te mutuo, teq; non secus ac vitam propriam charum habeo: & cum sine te sum, dimidio animae meae carere videor. Quod nisi dignitatis meae rationem haberem, aduolarem mox in suburbanum tuum: meq; vna tecum cum praediolis tuis, & pomariolis, & ouiculis oblectarem. Legerem tecũ holuscula, decerperem vuas; colligerẽ poma; adessem vindemiae: mustũ de lacu degustarem: nec ab his, quae agere fere oẽs hoc tpe consueuerunt, abstinerẽ. Luderem & interim tecum ludis nõ iniucundis: non scilicet in cãpo saltu, aut pila, aut gladiatoriis ludis, siue aliis, quae lassum, ac defatigatũ reddere corpus cõsueuerunt: sed per siluas, & colles, & saltus, & nemora tecum deambulans, ac lusus tuos sinu gerens, ipsas etiam Camoenas ad ludum excitarem: vbi nemo esset, qui nos nimia licentia accusaret. Et siquis esset, facile ipsam solitudinem accusaremus. Sed postquam venire ad te ipse non possum: par est: vt tu ad nos reuertaris. Quod si feceris: omnia nobis ex sententia succedent. Neq; enim possum de te absente post hac nõ esse sollicitus: & tibi adhuc adolescenti (ne dicam puero) aliquando nõ timere. Quod in dies magis optimarũ artium studiis incumbas, gaudeo mirum in modũ, & tibi gratulor: ac Deo gratias ago: q; talem tibi mentem praestiterit. Teq; spero non cõmissurum: vt patre, atq; auo tuo optimis, ac clarissimis viuis indignus esse videare. Hic iam aer saluberrimus est. Nemo iam tribus mensibus pestilentia periit. Ciues ferre omnes in vrbem redierunt. Marius duntaxat, quem ego fere ut te diligo: adhuc Phalerios incolit: eum tamen cras, aut perendie expectamus: ita mihi nudiustertius Paedagogus eius nunciauit: cum eo die catulos eius, & pullos domum misisset. Sed hoc nihil ad te. Cura vt valeas: teq; ad reditum para. O felicem illum, & vere iucundum diem, quo te amplecti, osculariq; poterimus. Vale. Datae Viterbii quarto Calen. Nouembris. Anno salutis. M.CCCCLXVIII.

¶Fratris filius potest ne recte Nepos appellari? Nepos ꝓprie dicitur filii, aut filiae filius: vnde auus, & nepos sunt relatiua: & sicut nepotis filius dicitur ꝓnepos: & pronepotis filius abnepos: ita aui pater dicit proauus, & proaui pater abauus. Tamen Aurelius Augustinus, & Hieronymus, & alii recẽtiores alioquin docti, & excellentes viri vsurpant nepotem pro filio fratris: eiq; ex fratre, siue sorore nepotẽ vocant: quos ego, vt in aliis plerisq;, ita in hoc libenter

fequtorum id nequaquam alienum esse a ratione videatur: quandoquidem patrui fratrum filios diliguntur instar nepotum: suntq; quasi auorũ loco: vnde fratres matrum auunculi dicũtur: quod verbum ab auo certe diminutiuũ est: q; si parentum fratres auunculi sunt: profecto sorum filii sunt nepotes. Licet itaq; mihi te appellare modo fratris filium, modo ex fratre nepotem.

¶ Illud postremo Quintiliani in calce operis ponẽdum existimaui, plurima a nobis per mutationem figurari debere: vt Scio: nõ ignoro: non me fugit: nõ me praeterit: quis nescit? nemini dubiũ est: etiã ex pximo mutari licere. Nam & intelligo, & sentio, & video, & perspicio, saepe idem valent, quod Scio.

¶ Peroratio.

SEd satis, superq; euagata est oro nostra. Tẽpus est, vt receptui canamus. Habes Pyrrhe fili, quem maxime omnium, & quomodo imitari debeas. Habent, tua quoq; causa, praeceptores, quã in erudiẽdis pueris, atq; adolescẽtibus viam tenere: quomodo eos docere: quomodo examinare: & quae meliora sunt, in primis tradere debeant. Superest, ut consilium meum toto animo sequaris: & (q̃tum fieri potest) nitaris ad optima. Quod si (vt spero) feceris: nõ dubito, te breui tpe (superis iuuantibus) in summũ virũ euasurũ. Vale.

¶ Nicolai Perotti Pontificis Sypontini, ad Pyrrhum Perottum nepotem ex fratre suauissimum rudimentorum grammatices. Finis.

¶ Venetiis per Ioannem Patauinum: Anno salutis Domini. M. D. X X X X V.

¶ Registrum.

A B C D E F G H I K. Omnes sunt quaterni.

NICOLAI PEROTTI DE GENERIBVS METRORVM OPVSCVLVM.

NIHIL A te iucundius nobis potuit iniũgi quã ut de rõne metrorũ ꝯscriberemus. Nã & bñficio tuo in illã dulcissimã ætatem videmur reuocari, qua decimũ añ annũ his studiis una opã dabam⁹, & rẽ fecimus nisi nos fallat opinio, qua plurimis nõ mõ adulescẽtibus, verum ẽt ætate puectis utilissima. Ita. n. iamdiu hæc ars abolita erat, penitusq; restincta, ut uel nullus extaret auctor, q de ea re traderet, vel si qs supererat adeo mẽdosus corruptusque esset, vt multa ĩ his discerẽtur, q nescisse rectius fuisset. Libuit itaq; expiri q̃tũ auctoritatis apud nostros hoies ex his studiis hrẽmus. Quãquã nõ lateret nos, eẽ nõnullos, q in capessendis bonis lr̃is ita obsurduerũt, vt simul ac emanat aliqd ẽt ab eruditis viris nõ modo nr̃i sĩlibus, q ab illoꝝ opinionibus, quoꝝ doctrina sunt imbuti discrepet, nõ solũ id ꝯtemnãt, sed acerrimis etiã verbis isectent. Verũ his qdem ꝑsuasum volumus, pluris nos facere, duoꝝ aut triũ eruditorũ iudiciũ, quã mille sui similiũ ineptissimas repħẽsiones. Põderari. n. nõ numerari sntas cupimus nec publicũ laudamus ꝯsiliũ, in quo nihil esse inæq̃li⁹ ꝯsueuit, quã ipsa æq̃litas, nã cũ impar prudẽtia sit, par oium est auctoritas. Tibi igit̃ hunc librũ, cuius volũtate hanc puinciã suscepimus, Iacobe dicamus, in quo fere oia metroꝝ gña a nobis cõprehẽsa sunt, ac ueluti p manus tradita. Qua in re ĩcredibile dictu est, quos sustinuimus labore, adeo qppe oia non solũ ꝑcepta, uerũetiã pedũ ac metrorũ nomina corrupta erant, ut necesse fuerit, cõplures nõ solũ Latinos, uerũetiã Græcos ad ea cõperiẽda libros euoluere, & cũ qũq; exẽpla inuestigãda fuere, multa etiã nr̃o marte cõponẽda. Quod si unquã euigilatæ a nobis noctes, & epota fuligo lucubrationũ, ac sudatæ noctes fructus aliqd pepererũt, amplissimũ videbor laboꝝ meoꝝ præmium ꝯsecutus. Si uero rem potius scõbris (ut aiũt) ac thure dignã cõposuimus, tñ hoc nos maxime ꝯsolabitur, quod morem gessim⁹ volũtati tuæ, quẽ ob egregiã indolẽ suauissimos mores, excelsum, dulce, eruditũq; ingeniũ tantũ diligimus, quãtum alium neminẽ: tãtã ex amore tuo uoluptatẽ capimus, ut nihil iam sine te nobis dulce esse possit: nec longiora nobis uiuendi spacia dari uelimus, quam dum tecum fidelissime amicissimeq; uixerimus. Vale.

Pes est metrica ꝯstructio syllabaꝝ. Est aũt pedib⁹ hoc nomẽ iditũ a siĩtudine pedũ corpis. Nã sicut pedib⁹ moueri corpa uidem⁹, ita uersus ipsi cũ scãdunt qbusuã pedib⁹ ufit incẽdere. Verũ Latini quidẽ hoc nomẽ, ut alia pleraq;, a Græcis sumpsere. Nam qd illi πόδας, nos pedes dicim⁹. Dicti aũt pedes sũt ob æq̃litatẽ q̃dã, ac ueluti ꝯueniẽtiã motus, hoc ẽ, ἀπὸ τοῦ βαίνειν mutatio. n. lr̃æ β in π freq̃ntissime usurpatur a græcis: βαίνειν aũt nõ tã ire signat, quã cũ quadã rõne & ueluti harmoniã moueri, vñ & βῆμα dr̃. Neq; me latet alios esse q aliter sentiãt, & i primis Aristotelem, qui πόδιον dici πόδας existimat, sed nos uulgatiorem hoc loco opinionem sequi maluimus. Pedes oẽs duodetriginta numero esse constant, ex his quatuor disyllabi sunt, trisyllabi octo, quadrisyllabi sexdecim.

Disyllaborum primus, qui ex duabus syllabis longis constant spondeus dr̃, ut musæ, Secundus, q ex duabus breuibus, pyrrhichius, ut dea, Tertius, qui correptam priorem, secundam productam habet, iambus, ut dies, Quartus, qui ex priore producta, correpta altera componitur, trochæus, ut arma.

Trisyllaborum uero primus, molossus siue trimacrus, ex tribus lõgis cõstat, ut

virtuti. Secundus dactylus: ex longa & duabus breuibus, vt Iuppiter. Tertius, huic contrarius, anapæstus, ex duabus breuibus & longa, ut Veneri. Quartus, amphimacrus: ex duabus extremis productis & media correpta, ut palladi. Quintus, amphibrachus, huic cõtrarius, ut cupido. Sextus: bacchius: ex prima breui & duabus lõgis, ut quirino. Septimus: palimbacchius: huic contrarius, ut augustus. Octauus, tribrachus, ex tribus breuibus, ut catulus. Hic etiã chorus dicitur: quod eo frequẽter in choris ueteres vtebantur, quemadmodum quoq; molossus appellatus est, quod eo metri genere odas in templo Iouis molossi, & laudem canere consueuerunt.

Quadrisyllaborum primus, qui dispõdeus dicitur, quatuor productas syllabas habet: vt fortunati. Secũdus proceleusmaticus, quatuor breues, vt philosophus. Tertius, pæan, ex prima longa & ex tribus sequentibus breuibus constat, ut tartarea. Quartus: pæan secundus, ex prima & duabus ultimis breuibus secũda lõga, ut dirimimus. Quintus: pæan tertius, ex penultima longa & cęteris correptis, vt dirimamus. Sextus: pęan quartus, ex tribus correptis & vltima producta: vt dirimerent. Septimus, ionicus a maiori, ex duabus longis & duabus breuibus, vt Demetrius. Octauus: ionicus a minori, huic contrarius, vt Diomedes. Nonus, choriambus, extremis longis & mediis breuibus vt æthereo. Decimus, antispastus, huic cõtrarius, ut Alexander. Vndecimus: diiambus, ex prima & tertia breui reliquis productis, id est ex duobus iambis connexis: vt platonici. Duodecimus: ditrochæus: huic contrarius, hoc est, ex duobus trochæis cõpositis, vt dulcioris. Tertiusdecimus, epitritus primus, ex prima breui & sequentibus lõgis: vt Aristocles. Quartusdecimus epitritus secundus, ex prima longa secunda breui, sequentibus item longis, vt Euripides. Quintusdecimus: epitritus tertius, ex penultima breui reliquis productis, ut Demosthenes. Sextusdecimus, epitritus quartus, ex vltima correpta pręcedentibus productis, ut Constantinus.

Metrum est connexio quędam, atq; ordinatio pedum, ad delectationem auriũ inuenta. Metro accidunt septem, genus, species, cõpositio, cęsura, magnitudo, figura & depositio. Genus metri appellamus mutuam contrariorum iuncturam, vt uelut quandam inter se affinitatẽ, vt dactylicum anapæstico coniungatur, cuius iunctiuæ tres species sunt. Prima diaticum disemium a græcis dicitur, vt trochaicum & iambicum. Secunda diaticum trisemium: vt dactylicum & anapęsticum. Tertia diaticum tetrasemium, ut antispasticum & choriambicũ. Species metri dicitur qualitas metrica, per quam species ipsa construitur, ut trochaicum anapęsticum. Sunt autem metrorum species decem. Trochaicum: iambicum: dactylicũ: anapæsticũ: choriambicum: ionicum a maiori: ionicum a minori: pæanicum: antispasticum: & anacreontium. Compositio est ipsa dispositio pedum, per quam discernimus simplex ne an compositum metrum sit. Simplex nanq; est, cum uersus pedes omnes similes habet, ut Stat sua cuiq; dies, breues & irreparabile tempus. Compositũ uero cum diuersis constat, ut Cornua uelatarum obuertimus antemnarum.

Cæsura, est decora terminatio uocis in medio uersuum notata, hæc quadrifariã diuiditur, alia penthemimeris dicitur, siue semiquinaria; alia hephthemimeris siue semiseptenaria: tertia trochaica, quarta bucolica. Penthemimeris est q̃do post duos primos pedes superans syllaba inuenitur, quæ dictionẽ terminet, ut Arma uirũq; cano. Item Italiam fato, habet enim ex quinq; dimidium. Hephthemimeris est, cũ post tres pedes similiter syllaba inuenitur, ut Arma virũq; cano Troię. Item, Italiam fato profugus. Continet enim septenarii medietatem. Trochaica est, cũ post duos pedes trochæus partem orationis perficit, ut Nil nostri miserere,

Postrema uero:id est bucolica,cũ post quatuor pedes syllaba superat, partem oratonis desinens,ut Non omnes arbusta iuuant humilesq; myricæ, Sunt qui aliam quoq; trochaicã addunt,Ea est cum post quatuor pedes inuenitur trochæus, partem orationis terminans,ut omnia uincit amor,& nos cedamus amori.

Magnitudo:est productio syllabarum,quæ natura correptæ sunt, ut Terrasq; tractusq; maris,& Dum sanguis inerat.

Figura,est ordo & conuenientia inter se inuicem non solum pedum,uerumetiã dictionum metrorumq;. Depositionem appellamus, uniuscuiusq; metri desinentiam. Sunt aũt depositiones quatuor.Dicimus enim omne metrum,brachycatalecticum,aut catalecticum,aut acatalecticum,aut hypercatalecticum esse.

Brachycatalecticũ est:cui ut perfectum sit,deest integer pes,ut in illo aristophanio, τι πάθω τλήμων, necesse enim est alienis utamur exemplis, ubi non succurrit nostra,hoc quippe mono metrum brachycatalecticum,quod pedem unum habet, a tero deficit.Catalecticum dicitur,cui una tantummodo deest syllaba,ut apud Horatium:Mea renidet in domo lacunar. Est enim senarium iambicum una syllaba minus.Acatalecticum dicitur,quod legitimo fine clauditur,ut Nec fonte labra prolui caballino.Est enim senarium iambicũ perfectum hypercatalecticũ,cui una syllaba superat,aut duæ, ut Omne hominum genus in terris, simili consurgit ab æuo,Item Verg.Alloquitur Venus,o qui res hominumq; deorumq;.Et Horatius: Syluæ laborãtes geluq;.Illa enim dactylica hypercatalectica sunt,hoc uero iambicum hypercatalecticum:siquidem omnia una syllaba abundant.

Notandum q omnia metra præter dactylicum duplicibus pedibus cõputantur ascenduntq; usq; ad hexametrum.Monometrũ dicimus,quod duobus pedibus cõstat,dimetrum quod quatuor,trimetrum quod sex, tetrametrum quod octo,pẽtametrum quod decem, hexametrum quod duodecim, quem numerum pedũ nunq̃ quod equidem compererim,metrum aliquod excedit. Ideo autem dactylicum excepimus,quia binis pedibus scandi non potest,omnes enim trisyllabos habet.

Accidit alia quoq; passio,quæ symphonisis dicitur, & est cũ duæ syllabæ scãdẽdo in unã coeunt.Hoc aũt fit cum in diuersis dictionibus una parte orationis,uocali vel m litera terminat a,sequẽs itẽ a uocali incipit,ut Atq; iterũ ad Troiã magno mittetur Achilles,sic enim scãditur.Atq; ite,rad tro,e & m literis oĩno suppressis. Fit etiam symphonisis in eadem dictione quatuor modis:Vel cũ duę syllabæ longæ pro una lõga ponũtur, ut Vni⁹ ob noxã & furias aiacis oilei.Cũ duæ breues p una breui,ut si dicas:Cornua uelatarũ obuertimus antẽnarum.Vel cũ longa & breuis pro una lõga,ut fixerat æripedẽ ceruã.Vel cũ breuis & longa pro una longa,ut dependent lychni laquã arib⁹ aureis.Item,Cũ effluit cãpis & iam se cõdidit alueo. Atq; syllabæ lõgæ sũt,aut breues:aut cões. Lõgæ aut natura aut positiõe.Natura, ut Aeneas.Positiõe,ut nestor.Breues quoq; aut natura,ut pi⁹,aut ꝯsuetudie, ut cũ uocalis uocalẽ sequtur,ut uale inqt iola.Mediæ vero siue cões syllabæ,uel natura aptæ sunt mõ pduci,mõ corripi,Vel cũ naturalr lõgæ sunt pp sequẽtẽ vocalẽ corripiũtur, ut in exẽplo cuius paulo ante meminimus, vale vale inqt iola. Et insulæ ionio in magno,Vel econtrario,cũ natura correptæ sint producũtur.Hoc aũt pluribus modis fit,uel propter sequentem in principio dictionis aspirationem,cũ præcedens quoq; in cõsona tem terminauerit,vt terga fatigamus hasta. Vel cũ addit alia consonãs,vt Relligione patrũ multos seruata per annos. Vel cũ in eadem dictione sequtur muta cũ liquida:vt Magnus ab integro seclorum nascitur ordo. Vel cum,s,litera consonanti iuncta sequitur,ut hortatur Mnestheus.

Signa quantitatem indicantia huiusmodi sunt:productae hoc ‿ ,correptae hoc ‿,communis,Si breuis pro longa sumatur hoc est,L si longa pro breui hoc Γ.

Metri origo a deo imortali est,qui compagem hanc coeli & hunc terrarum orbem,omniaque in his contenta certa ratione & quasi metro disposuit. Harmoniã enim in coelestibus terrenisque rebus nemo esse dubitat. Nam quo pacto cõsisteret uniuersum nisi in certa ratione & praefinitis numeris ageretur. Instrumenta quoque omnia quibus utimur,mensura quadam,hoc est,metro fiunt,quod si in caeteris rebus hoc accidit,quãto magis in oratione quae cuncta complectitur. Etenim pedestris quoque oratio harmoniam habet,quod facile perspici potest,cum orationũ alia solutior sit,alia numerosior,ueruntamen magis haec poetarum propria est,quibus in figuris & in uarietate uerborum:& in fabulis, & in caeteris rebus ex quibus harmonia fieri solet, & maior copia est & licentia uberior. Idcirco non immerito maiores nostri carmine potius quam pedestri oratione delecta sunt,quod in carmine harmonia sit,harmonia autem musicae pars est,cuius quae dignitas sit,quod splẽdor,quae pulchritudo,nemo dubitat. Qua propter metrum optimum esse fateri licet,uel ideo:quod sub musica sit,cuius gloriam,ut Homerus inquit, οἷον ἀκούομεν οὐδέ τι ἴδμεν

Metra diuersis rationibus appellationes sortita sunt,alia enim ab accidentibus suis dicuntur, alia a locis, in quibus cani consueuere,alia ab inuentoribus, alia a diis quorum laudes eo carmine celebrantur,quemadmodum pedes quoque dicti sunt,Pyrrichius enim a Pyrrho dictus est qui primus uictoria potius, eo genere metri,quod frequẽtibus Pyrrhichiis cõstat,laudatus est. Trochaeus παρὰ τὸ τρέχειν, hoc est a discursu,per metaphoram decurrentium superne lapidum,qui currere ambulantes cogunt,uel quod currentes saltãtesque circa aras in sacrificiis deorum,hoc genere carminis utebantur.

Spõdeus σπονδεῖος,trium syllabarũ,dictus ἀπὸ τῆς σπονδῆς.id est a libamine quia in templis libantes, & a diis boni aliquid precantes, frequentibus carmen suum spondeis ornabat.

Iambus παρὰ τὸ ἰαμβίζειν, id ẽ a cõtumeliãdo,quod maledici hoc genere carminis utebantur,& maxime ueteris comediae scriptores, quibus in pune mordere quẽlibet licebat. Vel a Iamba puella,quae turpiter hoc carmine lacerata,atque omni genere conuitii affecta,laqueo se strangulauit. Vel quod Cererem olim,cum dolore raptae Proserpinae cruciaretur,apud mulierem Atticam, cui Niobe nomen erat, hospitam cum ancilla eius Iamba nomine, laudare uellet, huiusmodi metro orsa est.

Dactylus a transitione iuncturarum,quae in δακτύλῳ id est in digito sunt,etenim quemadmodum in digito longiorem primum articulum,sequentes uero breuiores cernimus,ita dactylus prima quidem syllaba producta constant,sequentibus uero correptis.

Anapestus παρὰ τὸ ἀναπαίειν d ct is,est quod dactylo contrarius sit.

Amphimacrus quod ἀμφὶ,hoc est utrinque,duas syllabas μακρὰς .i. lõga habeat.

Amphibrachius quod duas βραχείας idest breues.

Bacchius quoniam dityrambicorum carmen:quod in honorem Dionysii qui bacchus dicitur,fieri solebat,magna ex parte huiusmodi pedibus constabat.

Palimbacchius dictus παρὰ τὸ πάλιν καὶ βακχεῖον.quia cõtrarius est bacchio, apud graecos enim πάλιν contrarium significat,ut est apud Diomedem.

Chorius,quod in choris hoc metrum frequentissime cantabatur.

Moloſſus,quia præcipue hoc pede conſtabant odæ,quæ in templo Iouis canebātur,in memoria Moloſſi filii Tyri & Andromaches,a quo poſtea feſta Moloſſia ſunt dicta.

Iam uero ut ad quadriſyllabos ueniam⁊.Diſpōdeus ideo dictus eſt,quod dupli ci cōllet ſpondeo: ſicut diiambus,quod duplici ambo, & ditrochæus quod dupli ci trochæo.

Proceleuſmaticus παρα το προκελευειν,id eſt,adhortati & ſuadere,ad quod hic pes ob celeritatem,conſtat enim quatuor ſyllabis breuibus,aptiſſimus uidet eſſe

Pæan ab inuentoris nomine,uel ꝙ hoc metro Apollinis canebāt laudes, quas, pæana uocamus.

Ionicus ꝙ ab Ionibus inuentus eſt,uel quod apud illos in uſu frequenti fuit.

Choriambus quod iambicam,deſinentiam habet,& in choris apud veteres cele bratiſſimus extiterit,conſtat ex longa duabus breuibus & longa.

Antipaſtus,conſtat ex iambo & trochæo,quę ſunt αντιπαλα id eſt contraria. Alii legunt anciſpaſtus παρα το αντισπαειν,quia iambus & trochæus ex quibus componitur,ſunt contrarii.

Epitritus dicitur,quoniam hic pes ex ſpondeo conſtant,qui quatuor habet tē pora,&'iambo uel trochæo,qui habet dūtaxat tria, at quaternarius numerus ad ternarium relatus ſeſquitertiā proportionē facit,quæ grecæ & επιτριτος dicitur.

Neq; me latet hęc a pleriſq; latinorū aliter trad ,quorū refutare errores ſup uacu um mihi uiſū eſt,cū illorū illiteratiſſimę literę uł ob id maxime ignorātiā p̄ ſe ferāt ꝙ Græcis nominib⁊ latinas etymologias quo nihil pt eſſe ineptis,reddere conāt.

Nūc de iābico diſſeramus: Iābicū metrū eſt trimetrū,huius duo genera ſūt alterū apd uetuſtiſſimos comicos tragicoſq; i uſu fuit,qd teſtaf Horati⁊: Hūc ſocci cepe pedē grādeſq; cothurni.Primuſq; hoc carmine ſcribere cœpit Archiloch⁊,de quo idē Horatius: Archilochū ꝓprio rabies armauit iābo. Altero uero iuniores uſi ſūt, Vetus iābicum comicū aut tragicū dr̄,hoc aūt proprie pu᷑ trimetrū appellāt, ſuſcipitq; tres pedes inuicē mutatos,iambum, pyrrichium,& ſpōdeum, nec niſi raro apud ueteres in uſu fuit,atque uetus iambicum,in diſparibus ſedibus,hoc eſt ꝓma: tertia & quinta:quinque pedes ſuſcipit,dactylum:ſpondeum:chorum:anapeſtū: & a quo denominatur iambum.In ſecunda uero & quarta anapæſtum, choriū,& iambum,ſexta ſedes,& ſi uarie uſurpetur, proprie tamē iambum uel pyrrhichiū requiri. Nouum autem iambicū,in primo,tertio & quinto pede iambū aut ſpondeum capit,in ſecundo & quarto ſemper iambum:in ſexto iambū ſiue pyrrhichiū.

Veteris iambici genera quinque ſunt:comicū:tragicum:ſatyricum:hipponacticum & anabicum. Tragicum eſt,cum unum pedem triſyllabum ſuſcipit,Comicū, cum tris pluris ue triſyllabos.Satyricū cum duos.Hipponacticum cum in ultimo pede ſpondeum ſiue trochæum habet. Anabicum,cum poſt quartum pedē quinq; ſyllabæ productæ metrum perficiunt.

Illud diligenter in hoc loco animaduertendum eſt,metrum ab eo pede,ex quo pręcipue cōſtat,uocari:neq; tum eo ſolo perfici,ſed alios quoque pedes ſuſcipe, Optimum tamen eſſe metrum quod uno dūtaxat pedum genere,quo denominaf, conſtat,ut ſi iambicum ſex iambis conſtat,ſicuti,eſt apud Horatium,

Beatus ille,qui procul negotiis:Paterna rura bobus apta propriis.

Aliæ quoq; metrorum ſpecies a iambicis fluunt,quas ſummatim referri pretiū operæ putauimus.Nam quæ hactenus dicta ſunt, duntaxat ad ſenarium iambicum pertinent.Igitur iambicorum omnium tredecim ſunt ſpecies,

Prima eſt:ariſtophanum ab Ariſtophane comico appellatum:hoc monometro hy
percatalectico conſtat:id eſt:duobus pedibus & ſyllaba. Horatius:uides ut alta.
Secunda euripidium:conſtans trimetro brachycatalectico:hoc eſt:tribus pedi-
bus:ut deæ decus meum.
Tertia anacreontium:conſtans dimetro catalectico: hoc eſt: tribus pedibus &
ſyllaba:ut preceps amore ſæuo.
Quarta archilochium: cōſtans dimetro acatalectico:hoc eſt:quatuor integris
pedibus:ut paremq; poſci proximus.
Quinta alcaicum:conſtans dimetro hypercatalectico:hoc eſt:quatuor pedibus
& ſyllaba.ut ſyluæ laborantes geluq;
Sexta alcmaniū,cōſtās trimetro brachycatalectico:ut coacta uerba mitꝰ feras.
Septima hypponacticum:conſtans trimetro catalectico:ut mea renidet in do-
mo lacunar.
Octaua archilochiū:cōſtās trimetro acatalectico:ut ibis liburnis iter alta nauiū.
Nona hipponacticum,conſtans trimetro hypercatalectico, ut Contacta regna
linque pedes & dolorem.
Decima ariſtophanium,conſtans tetrametro brachycatalectico,ut marcent lu
cernæ,ſol propinquat non tamen uocas.
Vndecima anacreontium,conſtans tetrametro catalectico, ut Portum petens,
auram relaxa,uel a ſolue malo.
Duodecima ariſtophanium,conſtans tetrametro acatalectico, ut Ludos amat
puella nobilis pudicos & leues.
Tertiadecima anacreontium,conſtans tetrametro hypercatalectico, ut con-
ſortium uites eorum,qui petunt fœdum lupanar.
Vides Iacobe quam breuiter ſpecies oēs metri iambici percurrimus, ita tamen,
niſi me fallat opinio,ut rem ad intelligendum apertam,& ad commendādum me-
moriæ facilē reddiderim,facit hoc meus in te amor & ſumma cupiditas ſatisfaciē
di deſiderio tuo,ut non ſolum ego facile tibi ſcribam:uerumetiam cæteris:qui hæc
librum legunt,apertiſſimum reddam.Sed iam ad heroicum tranſeamus.
Heroicum hexametrum eſt,ſex enim pedibus conſtat.Dicitur autē heroicū, quū
poetarū princeps Homerus,cæteriq; deinceps conſecuti heroū res geſtas hoc car-
mine ſcripſerunt.Enimuero ante Homeri ætatem pythiū dicebatur,quod Apolli-
nis Pythii oracula hoc metro reddi conſueuerunt. Dicitur etiam dactylicū, quod
hoc pede præcipue cōſtat,ſicut iambo iambicum,anapæſticū anapæſto, Suſcipit
autem dactylum,ſpondeum,& trochęū,apud Græcos etiam amphimacrum & pa
limbacchium:ſed raro,ſicut apud nos quoq; proceleuſmaticū: ut Tityre paſcētes
a flumine reiicē capellas: nonnunq̄ et anapæſtum, ut fluuiorum rex Eridanus. Cū
igitur hi ſunt pedes ex quibus heroicum componitur,optimum eſt,quod omnibus
dactylis conſtat,ultimo pede excepto, qui uel ſpōdeus uel trochæus eſt,ut Enniꝰ.
At tuba terribili ſonitu tarantantara dixit.Et Verg.Stat ſua cuiq; dies,breue & ir
reparabile tempus.Cæteros autem pedes accipit hoc modo. In ultima ſede ſemp
ut dictū eſt,uel ſpōdeū,uel trochæū.In quinta ſemp dactylū,licet rariſſime uel ſpō
deū uel pceleuſmaticū reperire ibidem cōtingat,qui tñ pro dactylo ponunt.In cęe
teris ſedibus indifferenter modo dactylū,modo ſpōdeū,nam pceleuſmaticus: ana-
pęſtus:iambus raro,& figuratæ dactylo imiſcent. Trochæꝰ uero pterq̄ in fine nō
admittitur,ne uerſus claudicet.Quinetiā nō deſunt,qui hūc pedem prorſus ab he-
roico arceant:& ne in fine quidē ipſius reperiri uelint, ſpondeum ſemper in nouiſ-

sima sede esse dicentes, quandquidem in omni genere metri ultima syllaba cōis fit.

Sunt etiam qui dactylū asserūt in fine aliqūdo reperiri, ut in illo Vergiliano uersu: Attuba terribilem sonitū procul excitat horrida. Verū non animaduertunt, id fere nunquā fieri, nisi is uersus in uocalē aut in s literam terminetur, sequensqꝫ item in uocali incipiat. Tunc enim extrema præcedentis syllaba per synalœphem: siue ut nos superius appellamus, symphonismum, primæ syllabæ sequentis uersus annectit.

Huic coniūctū elegiacū est, atqꝫ adeo annexum, ut nunquā fere: quod memoria teneam, sine eo positū comperiem. Elegiacū dictū, quod luctū siue lamentationem significat. Tractū est id uocabulū a uoce ee, qua in fletu atqꝫ heiulationib⁹ utimur: unde heiulationem quoqꝫ dictam arbitror. Ideo autem hoc nomen elegiaco inditū: quod in funerib⁹ sepulchrisqꝫ defunctorū cani solebat: unde tractū est: ut epitaphia quoqꝫ elegis uersibus scribantur. Recipit autem hoc metrū in primo & secūdo pede dactylum siue spondeum indifferenter, post quos syllabam unam productam habet, post hanc duos dactylos, postremo item syllabam unam, quæ breuis an producta sit: minime interest.

Heroicum diuersa genera sunt. Alia enim æquitemporea dicuntur, cū & pedes omnes iidem sunt & eadem quantitas syllabarū, ut si omnes spondei sint, sicut est illud Homericum τῳ δεν μεσσωι ξυμβλη την αλληλοισι. hic omnes pedes usqꝫ ad ultimū iisdē constant quantitatibus syllabarum. Alia perfecta: cū sententia una metro concluditur: ut Dixi, & ardentes auido bibit ore fauillas. Alia acephala cū uersus a breui incipit, ut Italiā dixisse ducis de nomine gentem: quāquā tantū potuit ueterū auctoritas, ut omnes fere primam Italiæ producant, uitiūqꝫ sit futurū si quis aliter utat. Alia laxa: cū debitam rationem compositionis in medio non seruant: ut Omnia uincit amor: & nos cedamus amori. Alia truncata siue minuta cū eandem rationem in fine non custodiūt, ut si penultimā syllabā correptam habeant, quale est illud Homericū, τρωες δ᾽ερριγησαν επει ιδον αιολον οφιν. item Mortem contēnunt laudato uulnere Getæ. Alia aspera, cū frequentiū uocaliū coniūctio, prolationem eorū exasperat, ut Tribulaqꝫ traheæqꝫ iniquo pondere rastri. Alia mollia, quæ molliter aurib⁹ incidūt, ut Cæsariem nato genitrix lumenqꝫ iuuentæ Purpureū & lætos oculis afflarat honores. Alia cacophona, cū multæ uocales dehonestate eorū sonū uidentur: ut Stant & Iuniperi & castaneæ hirsutæ. Alia soluta: ut cū prosæ quā metro similiora uidentur: ut Dono ducite doque uolentibus cū magnis diis. Alia procephala, quæ in primo pede metra quatuor habent tempora: ut si dicas cornua uelatarū obuertim⁹ antennarū. Alia grauida, quæ uel in medio uel in fine syllabam superantem habent. Homerus κασορα διπωολαμον και πυξ αγαθον πολυδευκεα &: Hic finis fandi solio tum Iuppiter aureo. Illic enim, a, hic o, syllaba superat, ac ueluti uentrē facit prægnātis metri. Præterea alia quoqꝫ notātur metrorū genera.

Catenopium quod binos dactylos habet & spondeum, ut Ante fugam soboles, si quis mihi par uultus aula.

Periodicū, quod uicissim dactylum habet & spōdeum, ut Troia per undosum peteretur classibus æquor: & illud, Ferte citi flammas, date tela, impellite remos.

Bucolicum, cui post tres pedes syllaba superat partē orationis definiēs, ut Tityre tu patulæ recubans sub tegmine fagi.

Sapphicum, quod in prima atqꝫ in ultima sede spondeum habet: in reliquis dactilum, ut Pars in frustra secat, uerbusqꝫ trementia figunt.

Hyporhytmicum, in quo singuli pedes partem orationis termināt, ut Hæc tria sunt quæ tu mea nunc mihi numera mittis.

Absolutum, quod omnes partes orationis habet, vt Heu si tunc flêtem rapuisset in æthera mauros,

Politicum, quod omnis passionis ac figuræ expers, est, vt O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas,

Ascendens, quod cum ab una syllaba incipiat, in singulis dictionibus vna augetur syllaba, ut O nymphæ faciles dulcissima deiopea, & Rem tibi confeci, doctissime Sardanapale,

Sunt alia quoque metrorum genera, a diuersis notata auctoribus, quæ nos in præsentia, quia superuacua videbatur, omisimus, tantummodo collegisse contenti: quæ vel necessaria cognitu, uel digna annotatu iudicauimus, nunc ad dactylici species transeamus,

Dactylicorum igitur xix species numerantur,

Prima adonium, constans dimetro catalectico: vt brachia curuant,

Secunda hymenaicum, quæ constat dimetro acatale. ut uiscera condita,

Tertia archilochium, constans dimetro hypercatale. ut arboribusque comæ,

Quarta alcmanium, cōstās trimetro acatalectico, ut condite pectora palmis,

Quinta simonidum, constans trimetro acatalectico: ut indue pallia serica.

Sexta alcmanium, constans trimetro hipercatalectico, ut turgida brachia cur tetegis,

Septima archilochium, constans tetrametro catalectico, vt candida mōdo sidera curuunt,

Octaua alcmanium constans tetrametro catalectico, vt luminibusque prior rediit uigor.

Nona alcmanium constans tetrametro hipercatalectico, ut uita quieta bonum parit ingenium,

Decima stesichorium, cōstans pentametro catalectico, ut si tua respicias mala carmina, flebis.

Vndecima simonidum, cōstans pentametro acatalectico, ut Parthenopeus erat pouer arcadiæ decus,

Duodecima cyribilicum, constans pentametro hypercatalectico, ut pulchra puella comas decorat sibi palmitibus.

Tertiadecima heroicum, constans hexametro catalectico, ut Ducite ab urbe domum mea carmina ducite daphnium,

Quartadecima bucolicum, constans hexametro catalectico, ita ut quartus pes dactilus sit, & terminet partem orationis, ut est Nos patriæ fines & dulcia liquidimus arua,

Quintadecima ibicium, constans hexametro acatale. ut Sidera difugiunt titubantia solis acumine,

Sextadecima alcmanium, constans hexametro hypercatalectico, ut Alma Venus Papho ingreditur rosa luceat ex adytis,

Decimaseptima stesichorium, constans hexametro catale. ut Aeacides iuuenis trahit Hectora: plangite pergama Troes,

Decimaoctaua ibicium, constans hexametro acatale. ut Carmina docta thalia canet, properantius huc ades o puer,

Decimanona ibicium, constans heptametro hypercatale. ut uersiculos dabo dactilicos tibi, si modo das bona uina mihi,

Metra anapæstica, in omnibus sedibus recipiunt anapæstum & spondeū, raro proceleusma

proceleusmaticum, apud comicos etiam iambum & dactylum, suntq; anapæsticorum desinentiæ sex, hypercatalecticum in disyllabum, hypercatalecticum in syllabam, acatalecticum, catalecticū in syllabā catale. in disyllabā, brachycatalecticū.

Species anapæsticorum, quas frequenter in usu comperimus sunt tredecim.

Pæonicum dicitur, prima: constans monometro acatalectico, vt calidū iubar.

Secunda pindaricū: constans monometro hypercatale, vt animus malefatoris.

Tertia aristophaniū: cōstans dimetro brachycatale, vt venit optima Calliope.

Quarta parthenaicum: constans dimetro catale. vs Aditum veneris fuge virgea

Quinta pindaricū: constās dimetro acatale. vt fuge mœnia iam thelemoniade.

Sexta alcmanium: constans dimetro hypercatalect. vt Tremulum mare melliflua nitet aura.

Septima archilochium: cōstans dimetro acatalectico & palimbacchio, vt Dea somnifero vaga curriculo prælucet.

Octaua pyndaricum: constans trimetro brachycatale. vt Medium mare rapido Tybris adit fluuio.

Nona alcmanium: constans trimetro catalectic. yt date pieri des mihi carmina doctiloquorum.

Decima stesichorium: constans trimetro acatalect. vt Iacet in thalamo tibi virgo decens ueneris specie.

Vndecima simonidium: constans trimetro hypercatalect. ut Tuba terribili procul ære sonat, clypeum capi miles.

Duodecima alcmanium: constans tetrametro brachycatalect. ut sua munera fert Venus alma manu iuueni nitido cynarę.

Tertiadecima aristophanium: constans tetrametro acatalect. ut Date uina mihi date serta, iuuat dare tempora nunc dominæ Veneri.

Notandum in hoc metro ultimam syllabam cum sola superest in duas solui breues. Nunc ad proceleusmaticum ueniamus.

Proceleusmaticum metrum non immerito anapæsticum sequitur: cum & tēporibus par sit, & si extremam anapæsti resolueris syllabam proceleusmaticum facies. Constat autem proceleusmaticum metrum: ex solis proceleusmaticis, quale est illud: facile moritur. Est enim dimetrum catalecticum pindaricum.

Metra trochaica, imparibus quidem sedibus, hos recipiunt pedes, trochæum, tribrachum, dactylum. Sedibus uero paribus eosdem & spōdeum, atq; anapæstum. Sed illud animaduertendum, ꝙ quando catalecticum est hoc metrum, trochæum potius in fine recipit, interdum etiam tribrachum. Si uero brachycatalecticum sit, nullo modo diadicum tetrasemum in fine patitur ut exemplis facile colligetur. Trochaicorum. xiii. species in præsentia subiiciendas putauimus.

Prima pancratium dicit: ꝯstans monomēto hypercatalect. ut auctor optimus.

Secunda ithyphallicum: constans trimetro brachycatalectico, ut Bacche iunge typres.

Tertia euripidium: constans dimetro catalectico, ut uultur altius uolat.

Quarta alcmanium: constans dimetro acatal. ut quos uides sydere celso.

Quinta bacchilidium: ꝯstās dimetro hypercatale. ut Rex paterq; Iuppiter deū.

Sexta sapphicum: ꝯstans trimetro brachycat. ut O creator audias præcantē.

Septima archilochium: constans trimetro catalect. ut nox amoris & quietis conscia.

Octaua sotadicũ: constans trimetro acat. ut Ite, poma ferte, uina portet alter.

Nona sapphicum: constans trimetro hypercatale. ut Splendet aurum, gemma fulget, forma sed placet.

Decima sotadicum: constans tetrametro brachica. ut nisi quid iuuat pari modo referri praua.

Vndecima archilochium: constans tetrametro cata. ut Tolle tyrsos æra pulsans iam tempus aduenict.

Duodecima hipponacticum: constans tetrametro acatale. ut Parce iam camœnauati, parce facto furori.

Tertiadecima anacreontium: constans tetrametro hypercatalect. ut Pelle consis terga ponti, uela tende, iamq; pergamus.

Choriãbicoq; alia pura sunt, quæ solis constant choriãbis, alia mixta quæ in fine amphibrachũ aut bacchiũ recipiunt. Horum species numerantur quatuor.

Prima aristophanium: constans monometro & amphibracho siue bacchio, ut purpureus tyrannus.

Secunda anacreontium: constans dimetro & amphibracho, siue bacchio, & Vergil. Mantua quem creauit.

Tertia sapphicum: constans trimetro & amphibracho siue bacchio, ut dulcisonæ pierides uersifico fauere.

Quarta callimachium: constans tetrametro & amphibracho siue bacchio: ut Armipotens Mars genitor, Romulidæ da ueniam præcamur.

Libet hoc modo admonere te Iacobe, cæterosq;, si qui erunt qui hoc nostrum opusculum legent, Seruii grammatici artem corruptam fuisse, nullumq; me hactenus librum, cum plus q̃ ducentos legerim, sine menda reperire potuisse, siquidem semper pro amphibracho & bacchio, antibacchus legitur, cum tamen exempla de amphibracho bacchioq; subiiciantur, quo factum est, ut Beda, posterioresq;, qui de metris scripsere, hoc in loco ineptissime errauerint. Etenim cum Seruii exempla haud respondere præceptis eius animaduerterent, nequaq̃ intelligentes præcepta apud hunc auctorem non exempla corrupta esse, ipsa quoq; exempla dum emendare se putant, corrupere. Sed utinam duntaxat hoc loco fallerentur, nec eorum scripta uariis ubiq; erroribus scaterent. Nunc ad antispasticum ueniamus.

Antispastica metra: constant præcipue antispasto, aliquãdo tamẽ in prima particula, in qua iambus est, spondeũ recipiunt, horum species referuntur quatuor.

Prima appellatur pæanicum: constans trimetro brachycatalectico, ut faune semideum numen aden.

Secunda anacreontium: constans trimetro acatalectico, ut Curas mitificant fila lyræ dulcis.

Tertia alcaicum: constans tetrametro brachyca. ut O fortuna uiris inuida iam tristis ades.

Quarta alcmanium: constans tetrametro acatalect. ut infandum tetigit sydera carmen magicę uatis.

Ionicoq; a minori alia simplicia sunt, alia trochaicis mixta, recipiunt etiã imparibus sedibus molossum, duab⁹ breuib⁹ q̃ in ionico sunt, in unã lõgã coeũtibus. Est & qñ pedẽ primũ in eisdẽ sedib⁹ capiãt, horũ de pluribus, sex species referemus.

Prima dicitur timocratiũ constans dimetro catalectico, ut rosa ueris specimen.

Secunda anacreontion: cõstans dimetro acatalectico, ut sapientes deus audit.

Tertia anacreontium: constans dimetro catalectico: vt Fuge virgo, fuge munus Veneri.

Quarta sapphicum: constans trimetro acatalectico, vt Miserarum est nec amori dare ludos.

Quinta phalecium: constans tetrametro catalectico, vt Tibi veris fero donum sola quod dat Veneri.

Sexta alcmanium constans tetrametro acatalect. vt Timor omnis docet artes, timor auget bona mentis.

Item ionicorum a maiori alia simplicia sunt, alia diiambis & ditrochæis mixta, horum species tris in præsentia memorandas putauimus.

Prima dicitur hypponacticum: constans dimetro brachycatalectico, vt Palmā cape victor.

Secunda iachitium: constans trimetro brachycatalectico, vt Bellum pete pacē fuge fortis.

Tertia sotadicum: constans tetrametro brachycatalect. vt Victor caue tempus fugit intende labori.

Pæonicorū tria genera sunt, Cretense, bacchium & palimbacchium, illud luctibus, hæc cantibus magis conueniunt, constant præcipue ex pæonibus, tamen epitritos quoq; nonnunq̄ recipiunt, horum tris in præsentia notauimus species.

Prima asclepiadeum dr: constans dimetro catalectico, vt fulmineus impetus.

Secunda pindaricum cōstans dimetro acatalectico, vt cornuaq; tumerabis.

Tertia anacreontium: constans trimetro acatalectico, vt metet enim segetem omnis impius.

Anacreontia metra, dimetra sunt, constantq; anapæsto, duobus iambis & syllaba. Sunt tamen qui iisdem trimetris vtuntur, ponuntq; in prima sede trochæum, in secunda iambum, in tertia & quinta pyrrhichium, in quarta spondeum, in sexta quemlibet indifferenter, horum tres species subieci.

Prima est, dimetrum anacreontium, superantem syllabam in principio retinens: vt exigui ruunt tori.

Secunda dimetrum anacreontium catalecti. vt, memorem decet loqui.

Tertia dimetrum anacreontium superantem syllabam in fine habens, vt miseria est humana vita.

Aliæ quoq; infinitæ metroꝝ species sunt, quæ supradictis generibus non subiiciuntur, ex quibus duntaxat tres & viginti: quæ magis in vsu erant subieci.

Primam dicitur ithyphallicum, quod tetrametrum est constans tribus dactylis & pyrrhichio: ut qui serere ingenium uolet agrum.

Secunda pherecratium quod est trimetrum, constans spondeo dactylo & spondeo ut reges purpura monstrat.

Tertia gliconicum quod est trimetrum, constans spondeo choriambo, & pyrrhichio, ut odi parthenium nemus.

Quarta asclepiadeum: constans spondeo & duobus choriambis, & pyrrhichio, ut O & præsidium & dulce decus meum.

Quinta alcaicum: constans spondeo & tribus choriambis: & pyrrhichio, ut, tu ne quæsieris scire nefas, quem mihi, quem tibi.

Sexta elegiacum: constans penthemimeri duplici, prima heroica, secunda dactylica, ut Mœret diffusis flens elegia comis.

Septima eulogicium, constans primo pede dissyllabo quicunque, sit: & quatuor dactylis, ut Sappho composuit male castra poemata.

Octaua sapphicum: constans trochaeo, spondeo, dactylo, & duobus trochaeis: ut integer vitae scelerisq; purus.

Nona priapeium: constans gliconico & pherecratio, hoc est, spōdeo, choriambo, pyrrhichio, spondeo, dactylo & spondeo, ut hellespōtiacum tuos numen protegat hortos.

Decima phalecium: constans spondeo, dactylo & tribus trochaeis: ut Quisquis composito serenus aeuo.

Vndecima saturniū: constans dimetro iābico catalect. anacreontio: & dimetro trochaico brachycatale. ityphallico, ut Isis pererrat orbem cornibus profusis.

Duodecima archilochium: constans anapaestico dimetro catalectic. parthenia co, & dimetro trochaico brachycatalect. ityphalli: ut remeat, vir ab arce tyranni uultibus cruentis.

Tertiadecima aeutologium: constans penthemimeri dactylica archilochia & penthemimeri iambica aristophania, ut Carmina bella magis uelim sonare.

Quartadecima iambilochium: constans penthemimeri iambica aristophania, & penthemimeri dactyli. archilochia: ut fontes rigabunt gramina laetificos.

Quintadecima alcaicum: constans penthemimeri dactyli: & duobus trochaeis: ut luna rubens zephyros comminatur.

Sextadecima alcaicum: constans penthemimeri iambi: & dactylis duobus: ut Vides: ut alta stet niue candidum.

Decimaseptima archilochium: constans tetrametro bucoli, & tribus trochaeis, ut Quam uariis terras animalia permeant figuris.

Decimaoctaua soliiambicum: constans dimetro iambico catalectico archilochio & anapaesto uel spondeo: & duobus iambis: ut Furens refundit unda tremules sinus freti.

Decimanona archilochium constans penthemimeri dactylica & dimetro iambico acatalectico archilochio: ut Scribere uersiculos amore perculsum graui.

Vicesima archilochium: constans dimetro iambico catale. archilochio: & penthemimeri heroica archilochia: ut niuesq; deducunt Ioue: nunc mare: nunc syluae.

Vicesimaprima aequiuocū: cum extremae syllabę metri sunt eaedem, alioqui heroicum id metrum est: ut exercet mentes fraternas grata malis.

Vicesimasecunda: reciprocum heroicum sotadicum id fit: quoties heroicū conuersa scansione in sotadicum mutatur: quod ut supra diximus: est trimetrum acatalectum trochaicum, ut ire cupis: si rus mala uites somnia quaeso: hoc enim si a fine scandere incipias trimetrum trochaicum facies hoc modo: Quaeso somnia uites mala, rus si cupis ire.

Vicesimatertia reciprocum iambicum uel elegiacum quoties iambicum mutato ordine scansionis elegiacum facit, ut micant nitore tecta sublimi aurea. Muta ordinem scandendo: Aurea sublimi tecta nitore micant.

Postquam metrorum species executus sum: superest ut te admoneam: carmen quod ex huiusmodi metris perficitur trifariam diuidi, aut enim monocolon est: id est unimembre: aut dicolon: id est bimembre: aut tricolon: id est trimembre.

Monocolon dicitur: quod uno genere metri constat: ut tota aeneis Vergilii.

Dicolon quod duplici metri genere: ut Nasonis epistolae amatoriae: quae heroi/

cis atque elegiacis uersibus constant.

Tricolon, quod triplex habet metri genus, ut complures odæ Horatii. Fit etiã alia diuisio carminis, eius duntaxat, quod uariis metrorum generibus componitur. Dicimus enim huiusmodi carminum aliud esse distrophon, cum post duo metrorum genera statim ad primum reuertimur. Aliud tetrastrophon, cum post quatuor id facimus: unde fit, ut carminum quæ ex diuersis constant metris, aliud sit monocolon, aliud dicolon distrophon: aliud dicolon tetrastrophon: aliud tricolon tetrastrophon.

Monocolon, cum genus metri uniforme est, ut prima ode Horatii. Est enim uno metri genere composita. i. choriambico trimetro quod asclepiadeum dicitur, ut Mecœnas atauis edite regibus O & præsidium & dulce decus meum.

Dicolon distrophon: quando carmen duobus generibus constat, & post duos uersus ad primum reuertitur, qualis est tertia ode Horatii, in qua primum metrũ est gliconium choriambicum trimetrum, secundum asclepiadeum, tertium item gliconicum, ut Sic te diua potens Cypri Sic fratres Helenæ lucida sydera Ventorumq; regat pater.

Dicolon tetrastrophon, cum duobus generibus cõstat & post quartum uersum ad primum reuertitur, qualis est secunda ode Horatii, in qua primi tres uersus sunt dactylici penthametri sapphici, quartus adonius, tres item sequentes sapphici, ut Iam satis terris niuis atque diræ Grandinis misit pater & rubente Dextera, sacras iaculatus arces, Terruit urbem. Terruit gentes graue ne rediret.

Tricolon tetrastrophon, quando tribus generibus constat, & post quartũ uersum ad primum reuertitur, ut est quinta ode Horatii, in qua primi duo uersus asclepiadei sunt, tertius pherecratius, quartus gliconicus, duo item sequentes, ut Quis multa gracilis te puer in rosa Perfusus liquidis urget odoribus Grato pyrrha sub antro? Cui flauam religas comam Simplex munditiis? heu quoties fidem. Mutatosq; deos flebit, & aspera, & reliqua. Fieri potest, ut plurium etiam q̃ trium metrorum mixtionem reperiri contingat, sed nos ea tantum notasse contenti sumus, quæ maxime in usu erant.

Hæc sunt mi Iacobe quę de metris ad te in præsentiarum conscripsimus, ubi quantum in me fuit, seruato ordine cuncta digessi, quo & in præsens tempus rem tibi cognitu dulcidam redderem, & in futurum: si quãdo usu ueniret, aut alicuius rei te repens obliuio teneret: omnia inuentu atq; depromptu q̃ facillima forent, superest, ut tu hęc assidue & diligenter perlegas & fideliter memoriæ commẽdes, interim, etiam componendis uersiculis mentem exerceas. Ita enim fiet, ut nec te accepti beneficii, nec me laboris peniteat mei. Vale.

DE GENERIBVS METRORVM quibus usus est Horatius.

NICOLAVS PEROTTVS CAELIO Perotto fratri charissimo Salutem.

EX omnibus immortalis dei erga me beneficiis, duo sunt, quibus maxime gloriari soleo: Vnum, quod Bessarionem mihi principem: alterum, quod te fratrem præstiterit. Nam si mihi data esset facultas omnis pro arbitrio meo eligẽdi,

quid cogitare ne dicam sperare amplius potuissem? Vt enim a principe incipiam nactus sum pium, beneficium: humanum, liberalem, inaudita æquitate, summa iustitia, singulari fide, diuina sapientia, adeo præterea omni genere studiorum eruditum, vt mihi interdum de cogitanti non tam vnus homo literatus, quam literæ ipsæ, omnesq; bonæ artes in vno homine esse videantur. Nulla res est tam difficilis, tam abolita, quam ex huius animo veluti quodam thesauro non liceat expromere, quam peritus est diuinarum literarum, quam doctus & ciuilis & pontificii iuris. Quid est ad eo in philosophia abstrusum atq; reconditum quod huic non sit penitus familiare? quis in mathematicis excellentior? quantum exemplorum, quantum historiæ, quantum antiquitatis tenet, num sermo eius cum Græcæ loquitur plane atticus est? cum scribit latine, musæ ipsæ Romane loqui videntur. Orationem ipsius platonicam putes, crebra est, assidua, copiosa, & hypernis niuibus similis: in versibus tantum leporis: dulcedinis: suauitatis inserit, vt nihil diuinius sit, nihil cœlestius. Quid epigrammata quæ nuper in Senissum Platonicum composuit, quæq; subito cum latina reddisti, nonne reddere probatissimam illam antiquitatem videntur? disputationes eius subtiles, ornatæ, graues: vt facile quemlibet quo velit impellat, & trahat: ita ex tempore loquitur, quasi iampridie scripserit, videntur ad manum sensus omnes instructi. Tanta præterea humanitate erga omnes expositus est: vt qui dignitate summum locum tenet, facilitate morum pene infimus videatur. Liberalitatem eius cum infiniti ex latinis, tum maxime hoc tempore infelicissimi Græciç populi experiūtur, qui propriis expulsi sedibus, ad hunc veluti unicum refugium confluunt. Adde quod me adeo amanter, benigne, dementer amplexus est, ut octauum iam annum non solum domi: sed intra secretiora cubilia, ad curam castissimi corporis sui tenuerit, tene atq;. Apud quem quantū gratia & auctoritate ualuerim, in propinquorum atq; amicorum honoribus expertus sum. Quæ nostra familia, qui pater: qui nos omnes, quæ nostræ fortunæ essent, nisi princeps noster fuisset. Nota hæc omnibus sunt quicquid sumus, principis nostri sumus beneficio, humanitate, dementia: huic uni bona: fortunas: ipsam deniq; animam deb: mus. Merito itaq; me puto immortale beneficium a deo cōsecutū, quod talem nactus sum principem, quem nisi summa integritate: fide: obseruātia colam, uenerer: adorem: sceleratus: facinorosus: nefarius sim, e cōspectu hoium fugandus, eiiciendus: exterminandus. De te uero mi frater, quid loquar, an mihi secundo loco euenire aliqd dulcius poterat, q̄ te talem habere germanū: q mihi ut aspectu ac lineamētis corporis: ita & moribus & natura similis euaderes? qui iisdem qbus ipse ego studiis deditus a me erudireris, docereris, instruereris, quē ego ueluti imaginem quandā meis manib⁊ formarem atq; ꝯfingerem. De cuius indole tantā aio spē ꝯcepi, ut nō mediocre decus allatuꝝ te familiç nostrç, nisi te nobis fata inuiderint, existimē. At quorsum hæc de me ings? Nā de principe nr̄o nō miror: quē ubiq; laudare, extollere, ꝓdicare satiari nō potes. Nēpe q̄a tuis quoq; laudibus satiari nō possum, optime & suauissime frater: ita me ingeniū tuū, ita studiū: ita mores delectant, ꝑsertim in hoc lubrico ætatis: i quo multi adulescētes ꝑiclitari solēt. Quanta me nup uoluptate affectū putas, cū me rogasti, ut una epl'a oīa gn̄a metroꝝ (quç apd Horatiū Flac. repiūtur) bī ꝯprehēderē: & unde lyrici poetæ dicti fuerint, ad te scriberē. Ex his, n. intelligo te nō ꝯtentū heroicis atq; elegiacis uersibus, ut cæteri nr̄ç ætatis adulescētes: ad cætera quoq; metroꝝ gn̄a aspirare, Qd in te optimi ingenii tui exactissimæ in studiis diligentiæ testimoniū est. Ego uero honestissimo de

siderio tuo moré gerã: & instar liberalissimi hois, plus etiã q̃ a me qrat pstabo, hac tibi epla oia metrorũ gña qbus nõ solũ Horatius: verũetiã Boetius usus ẽ annotabo. Si tñ prius quid lyricorũ uetustissimũ nomé sibi uelit ostẽdero. Dicti igit̃ lyrici sunt a lyra: qm̃ ueteres hmõi carminũ scriptores ad lyrã poemata sua canere cõsueuerũt: hi apud Graecos qdẽ octo feruntur: Alcmã a quo alcmaniũ metrum dictũ est, Stesichorus a quo stesichoreiũ, Alcae⁹ a quo alcaicũ, Ibici⁹ a quo ibiceiũ. Anacreõ a quo anacreõtiũ: Simõides a quo simonideiũ: Pindar⁹ a quo pindaricũ: Bacchilides a quo bacchilideiũ: horũ ut Quintil. inqt lõge Pindar⁹ princeps: spũs magnificẽtia: figuris: beatissima rerũ & uerborũ copia: uelut quodã eloquẽtię flumine, pp qd̃ Horatius merito eũ credidit nemini imitabilẽ. Addit̃ supradictis Sappho, quã magistram fuisse Platonis nõnulli tradũt, a qua sapphicũ metrũ apppellatũ est: ita lyricorũ numerus nouẽ musarũ numerũ impleri: quarũ inuocationibus cãtus suos ordiebãtur. Apud latinos uero tres pcipue memorãtur lyrici. Hora. Cesius Bassus, & Valerius Martialis. Inter hos palmã obtinet Horatius, solus fere: ut idem Quintil. inquit legi dignus: nã & insurgit aliqñ, & plenus est iucũditatis & gratiae: & uarius figuris felicissime audax. Secundus hĩ Valerius Martialis: quem intellexisse Quintilianũ arbitror: cũ ait si quẽ adiicere Horatio uelis: erit Cesius Bassus quẽ nuper uidimus. Sed cum lõge pcedunt ingenia uiuẽtium: Martialem quippe Quintiliani aetate fuisse manifestum est: ac Cesii Bassi uix hac tempestate superest nomen.

Vsus autem est Horatius in eo libro, qui odae inscribitur, undeuiginti metrorũ generibus. Primum est genus monocolon, diciturq; choriambicum asclepiadeum tetrametrum: constans spondeo duobus choriambis & pyrrhichio, sic enim scanditur, Moece, nas atauis, edite re, gibus: scripsit hoc metro duntaxat tris odas.

Mecoenas atauis edite regibus.
Exegi monumentum aere perennius.
Donarem pateras grataq; commodis.

Secũdũ gen⁹ ẽ dicolõ tetrastrophõ, primi tres uersus sunt dactylici, pẽtametri, sapphici ↄstãt. n. trochaeo, spõdeo, dactylo, & duob⁹ trochaeis, hoc mõ. Iam sa, tis ter, ris niuis, atq;, dirae: quart⁹ adonius ↄstans dactylo dimetro catale. hoc est: dactylo & spõdeo siue trochaeo h̃ mõ. Terruit urbẽ. Scripsit h̃ metro tres & uiginti odas.

Iam satis terris niuis atque dirę,
Mecuri facunde nepos Athlantis.
Quem uirum aut heroa lyra uel acri.
Vile potabis modicis Sabinum.
Integer uitę sceleris q; purus.
Parcius iunctas quatiunt fenestras.
O Venus regina Gnidi Paphiq;.
Poscimus, si quid uacui sub umbra.
Persicos odi puer apparatus.
Nullus argento color est auaris.
Ne sic ancillae tibi amor pudori,
Septimi Gades aditure mecum.
Ilia si uiris tibi peierati,
Rectius uiues Licini neq; altum.
Otium diues rogat in patenti.
Martiis coelebs quid agam calendis.

Mercuri nam te docilis magistro,
Herculis ritu modo dictus o plebs,
Faune nympharum fugientum amator,
Non vides quanto moueas periclo,
Montium custos nemorumque virgo,
Impios Spartæ retinentis omen,
Pindarum quisquis studet æmulari,
Diue quem proles Niobæa magnæ,
Est mihi nonum superantis annum,
Phœbe, syluarumque potens Diana.

Tertium dicolon distrophon, primus versus est choriambicus, gliconius trimeter: constans spondeo choriambo & pyrrichio, hoc modo. Sic te diua potens Cypri, sequens est asclepiadeus, hoc modo. Sic fratres Helenæ lucida sydera, scripsit hoc metro odas duodecim.

Sic te diua potens Cypri,
Cum tu Lydia Telesphi,
Mater sæua libidinum,
Et thure & fidibus iuuat,
Donec gratus eram tibi,
Vxor pauperibus ibici,
Quantum deest ab Inacho,
Intactis opulentior,
Festo quid potius die,
Quo me Bacche rapis tui,
Intermissa Venus diu,
Quem tu Melpomene semel.

Quantum dicolon distrophon, primus versus est dactylicus, archilochius tetrameter: constans tetrametro bucolico & tribus trochęis, vt Soluitur, acris hy, ems grata vice, veris, & fa: voni. Sequens item archilochius constans ex penthemimeri iambica & tribus trochæis, hoc modo. Trahunt, quę sic, cas machi, nę ca, rinas, scripsit hoc metro duntaxat hanc oden.

Soluitur acris hyems grata vice &c.

Quinto tricolon, tetrastrophon, primi duo versus asclepiadei, hoc modo. Quis multa gracilis, te puer in, rosa, Tertius pherecratius constans spondeo, dactylo & spondeo, hoc modo. Grato pyrrha sub antro. Quartus gliconius, de quo supra dictum est, hoc modo, Cui flauam religas comam, scripsit hoc metro septem odas.

Quis multa gracilis te puer in rosa,
O nauis referent in mare te noui,
Dianam teneræ dicite virgines,
Vitas hinnuleo me similis Chloe,
O fons blandusiæ splendidior vitro,
Audiuere lyce dii mea vota dii,
Quid fles asteriæ quem tibi candidi.

Sextum dicolon distrophon, tres primi versus sunt asclepiadei, hoc modo: Scribe, ris vario, fortis & ho, stium, quartus est gliconius, hoc modo: Miles te, duce, ges, seris, scripsit hoc metro odas nouem.

Scriberis

Scriberis uario fortis & hostium
Pastor cum traheret per freta nauibus,
Quis desiderio sit pudor aut modus,
Albi ne doleas plus nimio memor,
Nolis longa ferre bella Numantiæ,
Extremum Tanaim si biberes Lyce,
Inclusam Danaen turris & ænea,
Diuis orte bonis optime Romule,
Iam ueris comites quæ mare temperant;

Septimum dicolon distrophon. primus uersus est heroicus, hoc modo: Lauda, bunt ali, i cla, rā rhodon, aut mitylenem. Secundus est dactylicus alcmanius tetrameter acatalecticus, quatuor enim pedes heroici habet siue dactylos omnes, siue spondeos, siue mixtos: frequentissime tamen in tertio pede dactylum, hoc modo: Aut ephe, sum bima, ris ue co, rinthi: scribit aut hoc metro quatuor odas,

Laudabunt alii claram Rhodon aut Mitylenem,
Albis ut obscuro detergit nubila cœlo,
Te maris & terræ numeroq; carentis arenæ,
Quid tibi uis mulier nigris dignissima barris.

Octauū dicolon distrophon primus uersus est choriabicus monometer aristophaneius cōstans choriambo & amphibracho siue bacchio, hoc modo: Lydia dic per omnes. Sequens est choriambicus trimeter sapphicus, constans epitrito secundo duobus choriambis & amphibracho siue bacchio, hoc modo: Te deus o, ro sybarim, cur properas, amando: scribit hoc metro duntaxat hanc oden,

Lydia dic per omnes.
Te deos oro sybarim cur properas amando.

Nonum tricolon tetrastrophon, primi duo uersus sunt dactylici, alcaici, trimetri, catalectici, constant enim penthemimeri iambica & duobus dactylis, hoc modo: Vides, ut al, ta stet niue, candidum. Tertius est iambicus, archilocheius, dimeter, hypercatalecticus, siquidem in primo pede recipit iambū uel spondeū, in quarto iambū uel pyrrhichium: deinde superest syllaba, hoc modo: syluæ, labo, rātes, gelu, q;. Quartus uersus est dactylicus alcmanius tetrameter, de quo paulo ante diximus: recipit enim in tertio pede frequentissime; trochæum, hoc modo: Fulmina, constite, rint a, cuto: scripsit hoc metro septem & triginta odas,

Vides ut alta stet niue candidum.
O matre pulchra filia pulchrior,
Velox amœnum sæpe lucratilem.
Musis amicus tristitiam & metus.
Natis in usum lætitiæ scyphis.
Acti beatis nunc Arabum inuides.
Quid dedicatum poscit Apollinem,
Parcus deorum cultor & infrequens,
O diua gratum quæ regis antium.
Nunc est bibendum, nunc pede libero,
Motum ex Metello consule ciuium.
Aequam memento rebus in arduis.
Nondum subacta ferre iugum ualet,

Prima est: aristophanium ab Aristophane comico appellatum: hoc membro hypercatalectico constat: id est: duobus pedibus & syllaba. Horatius: uides ut alta.

Secunda euripidium: constans trimetro brachycatalectico: hoc est: tribus pedibus: ut deae decus meum.

Tertia anacreontium: constans dimetro catalectico: hoc est: tribus pedibus & syllaba: ut praeceps amore saeuo.

Quarta archilochium: cõstans dimetro acatalectico: hoc est: quatuor integris pedibus: ut paremque posci proximus.

Quinta alcaicum: constans dimetro hypercatalectico: hoc est: quatuor pedibus & syllaba. ut syluae laborantes geluque:

Sexta alcmaniũ, cõstãs trimetro brachycatalectico: ut coacta uerba mitius feras.

Septima hypponacticum: constans trimetro catalectico: ut mea renidet in domo lacunar.

Octaua archilochiũ: cõstãs trimetro acatalectico: ut ibis liburnis iter alta nauiũ.

Nona hipponacticum, constans trimetro hypercatalectico, ut Contacta regna linque pedes & dolorem.

Decima aristophanium, constans tetrametro brachycatalectico, ut marcent lucernae, sol propinquat non tamen uocas.

Vndecima anacreontium, constans tetrametro catalectico, ut Portum petens, auram relaxa, uel a solue malo.

Duodecima aristophanium, constans tetrametro acatalectico, ut Ludos amat puella nobilis pudicos & leues.

Tertiadecima anacreontium, constans tetrametro hypercatalectico, ut consortium uites eorum, qui petunt foedum lupanar.

Vides Iacobe quam breuiter species oẽs metri iambici percurrimus, ita tamen, nisi me fallat opinio, ut rem ad intelligendum apertam, & ad commendãdum memoriae facilẽ reddiderim, facit hoc meus in te amor & summa cupiditas satisfaciẽdi desiderio tuo, ut non solum ego facile tibi scribam: uerumetiam caeteris: qui hũc librum legunt, apertissimum reddam. Sed iam ad heroicum transeamus.

Heroicum hexametrum est, sex enim pedibus constat. Dicitur autẽ heroicũ, quia poetarũ princeps Homerus, caeterique deinceps consecuti heroũ res gestas hoc carmine scripserunt. Enimuero ante Homeri aetatem pythiũ dicebatur, quod Apollinis Pythii oracula hoc metro reddi consueuerunt. Dicitur etiam dactylicũ, quod hoc pede praecipue cõstat, sicut iambo iambicum, anapaesticũ anapaesto. Suscipit autem dactylum, spondeum, & trochęũ, apud Graecos etiam amphimacrum & palimbacchium: sed raro, sicut apud nos quoque proceleusmaticũ: ut Tityre pascẽtes a flumine reiicẽ capellas: nonnunquam & anapaestum, ut fluuiorum rex Eridanus. Cũ igitur hi sunt pedes ex quibus heroicum componitur, optimum est, quod omnibus dactylis constat, ultimo pede excepto, qui uel spõdeus uel trochaeus est, ut Ennius. At tuba terribili sonitu taratantara dixit. Et Verg. Stat sua cuique dies, breue & irreparabile tempus. Caeteros autem pedes accipit hoc modo. In ultima sede semper ut dictũ est, uel spõdeũ, uel trochaeũ. In quinta semp dactylũ, licet rarissime uel spõdeũ uel pceleusmaticũ reperire ibidem cõtingat, qui tñ pro dactylo ponunt. In caeteris sedibus indifferenter modo dactylũ, modo spõdeũ, nam pceleusmaticus: anapęstus: ambus raro, & figuratae dactylo imiscent. Trochaeus uero pterquã in fine nõ admittitur, ne uersus claudicet. Quinetiã nõ desunt, qui hũc pedem prorsus ab heroico arceant: & ne in fine quidẽ ipsius reperiri uelint, spondeum semper in nouissi

ſima ſede eſſe dicentes, q̄nquidem in omni genere metri ultima ſyllaba cōis ſit.

Sunt etiam qui dactylū aſſerūt in fine aliq̄do reperiri, ut in illo Vergiliano uerſu: Attuba terribilem ſonitū procul excitat horrida. Verū non animaduertunt, id fere nunq̄ fieri, niſi is uerſus in uocalē aut in s literam terminetur, ſequenſq; item in uocali incipiat. Tunc enim extrema præcedentis ſyllaba per ſynalœphem: ſiue ut nos ſuperius appellamus, ſymphoniſim, primę ſyllabæ ſequentis uerſus annectit.

Huic coniūctū elegiacū eſt, atq; adeo annexum, ut nunq̄ fere: quod memoria teneam, ſine eo poſitū comperiem. Elegiacū dictū, quod luctū ſiue lamentationem ſignificat. Tractū eſt id uocabulū a uoce ee, qua in fletu atq; heiulationib⁹ utimur: unde heiulationem quoq; dictam arbitror. Ideo autem hoc nomen elegiaco inditū: quod in funerib⁹ ſepulchriſq; defunctorū cani ſolebat: unde tractū eſt: ut epitaphia quoq; elegis uerſibus ſcribantur. Recipit autem hoc metrū in primo & ſecūdo pede dactylum ſiue ſpondeum indifferenter, poſt quos ſyllabam unam productam habet, poſt hanc duos dactylos, poſtremo item ſyllabam unam, quæ breuis an producta ſit: minime intereſt.

Heroicum diuerſa genera ſunt. Alia enim æquitemporea dicuntur, cū & pedes omnes iidem ſunt & eadem quantitas ſyllabarū, ut ſi omnes ſpondei ſint, ſicut eſt illud Homericum τῷ δ᾽ ἐν μεσσηγὺ ξυμβλὴ τὴν ἀλλήλοισι. hic omnes pedes uſq; ad ultimū iiſdē conſtant quantitatibus ſyllabarum. Alia perfecta: cū ſententia una metro concluditur: ut Dixi, & ardentes auido bibit ore fauillas. Alia acephala cū uerſus a breui incipit, ut Italiā dixiſſe ducis de nomine gentem: q̄q̄ tantū potuit ueterū auctoritas, ut omnes fere primam Italiæ producant, uitiūq; ſit futurū ſi q̄s aliter utat̄. Alia laxa: cū debitam rationem compoſitionis in medio non ſeruant: ut Omnia uincit amor: & nos cedamus amori. Alia trūcata ſiue minuta cū eandem rationem in fine non cuſtodiūt, ut ſi penultimā ſyllabā correptam habeant, quale eſt illud Homericū, τρῶες δ᾽ ἐρρίγησαν ὅπως ἴδον αἰόλον ὄφιν. Item Mortem contēnunt laudato uulnere Getę. Alia aſpera, cū frequentiū uocaliū coniūctio, prolationem eorū exaſperat, ut Tribulaq; traheęq; iniquo pondere raſtri. Alia mollia, q̄ molliter aurib⁹ incidūt, ut Cæſariem nato genitrix lumenq; iuuentæ Purpureū & lætos oculis afflarat honores. Alia cacophona, cū multæ uocales dehoneſtate eorū ſonū uident̄: ut Stant & Iuniperi & caſtaneæ hirſutæ. Alia ſoluta: ut cū proſæ q̄ metro ſimiliora uident̄: ut Dono ducite doque uolentibus cū magnis diis. Alia procephala, q̄ in primo pede ultra q̄tuor habent tempora: ut ſi dicas cornua uelatarū obuertim⁹ attēnarū. Alia grauida, quæ uel in medio uel in fine ſyllabam ſuperantem habent. Homerus κάστορά θ᾽ ἱππόδαμον καὶ πὺξ ἀγαθὸν πολυδεύκεα &: Hic finis fandi ſolio tum Iuppiter aureo. Illic enim, a, hic o, ſyllaba ſuperat, ac ueluti uentrē facit prægnātis metri. Præterea alia quoq; notātur metrorū genera.

Catenopium quod binos dactylos habet & ſpondeum, ut Ante fugam ſoboles, ſi quis mihi par uultus aula.

Periodicū, quod uiciſſim dactylum habet & ſpōdeum, ut Troia per undoſum peteretur claſſibus æquor: & illud. Ferte citi flammas, date tela, impellite remos.

Bucolicum, cui poſt tres pedes ſyllaba ſuperat partē orationis definiēs, ut Tityre tu patulæ recubans ſub tegmine fagi.

Sapphicum, quod in prima atq; in ultima ſede ſpondeum habet: in reliquis dactilum, ut Pars in fruſtra ſecat, uerubuſq; tremen tia figunt.

Hyporhytmicum, in quo ſinguli pedes partem orationis termināt, ut Hæc tria ſunt quæ tu mea nunc mihi munera mittis.

Absolutum, quod omnes partes orationis habet, vt Heusi tunc flet em rapuisset in æthera mauros.

Politicum, quod omnis passionis ac figuræ expers est, vt O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas.

Ascendens, quod cum ab una syllaba incipiat, in singulis dictionibus vna augetur syllaba, ut O nymphæ faciles dulcissima deiopea, & Rem tibi confeci, doctissime Sardanapale.

Sunt alia quoque metrorum genera, a diuersis notata auctoribus, quæ nos in præsentia, quia superuacua videbatur, omisimus, tantummodo collegisse contenti: quæ vel necessaria cognitu, uel digna annotatu iudicauimus, nunc ad dactylici species transeamus.

Dactylicorum igitur xix species numerantur.

Prima adonium, constans dimetro catalectico: vt brachia curuant.

Secunda hymenaicum, quæ constat dimetro acatale. ut uiscera condita.

Tertia archilochium, constans dimetro hypercatale. ut arboribusque comæ.

Quarta alcmanium, constãs trimetro acatalectico, ut condite pectora palmis.

Quinta simonidum, constans trimetro acatalectico: ut indue pallia serica.

Sexta alcmanium, constans trimetro hipercatalectico, ut turgida brachia cur retegis.

Septima archilochium, constans tetrametro catalectico, vt candida mũdo sidera currunt.

Octaua alcmanium constans tetrametro catalectico, vt luminibusque prior redit uigor.

Nona alcmanium constans tetrametro hipercatalectico, ut uita quieta bonum parit ingenium.

Decima stesichorium, cõstans pentametro catalectico, ut si tua respicias mala carmina, flebis.

Vndecima simonidum, cõstans pentametro acatalectico, ut Parthenopeus erat puer arcadiæ decus.

Duodecima cyribilicum, constans pentametro hypercatalectico, ut pulchra puella comas decorat sibi palmitibus.

Tertiadecima heroicum, constans hexametro catalectico, ut Ducite ab urbe domum mea carmina ducite daphnium.

Quartadecima bucolicum, constans hexametro catalectico, ita ut quartus pes dactilus sit, & terminet partem orationis, ut est Nos patriæ fines & dulcia liquimus arua.

Quintadecima ibicium, constans hexametro acatale. ut Sidera difugiunt titubantia solis acumine.

Sextadecima alcmanium, constans hexametro hypercatalectico, ut Alma Venus Papho ingreditur rosa luceat ex adytis.

Decimaseptima stesichorium, constãs hexametro catale. ut Aeacides iuuenis trahit Hectora: plangite pergama Troes.

Decimaoctaua ibicium, constans hexametro acatale. ut Carmina docta thalia canet, properantius huc ades o puer.

Decimanona ibicium, constans heptametro hypercatale. ut uersiculos dabo dactilicos tibi, si modo das bona uina mihi.

Metra anapæstica, in omnibus sedibus recipiunt anapæstum & spondeũ, raro

proceleusma

proceleusmaticum, apud comicos etiam iambum & dactylum, suntque anapæstico rum desinentiæ sex, hypercatalecticum in disyllabum, hypercatalecticum in sylla bam, acatalecticum, catalecticũ in syllabã catale. in disyllabã, brachycatalecticũ.

Species anapæsticorum, quas frequenter in usu comperimus sunt tredecim.

Pæonicum dicitur, prima: constans monometro acatalectico, ut calidũ iubar.

Secunda pindaricũ: constans monometro hypercatale, ut animus malefatoris.

Tertia aristophaniũ: cõstans dimetro brachycatale. ut venit optima Calliope.

Quarta parthenaicum: constans dimetro catale. vt Aditum veneris fuge virgo.

Quinta pindaricũ: constãs dimetro acatale. vt fuge mœnia iam thelemoniade.

Sexta alcmanium: constans dimetro hypercatalect. vt Tremulum mare melliflua nitet aura.

Septima archilochium: cõstans dimetro acatalectico & palimbacchio, vt Dea somnifero vaga curriculo prælucet.

Octaua pyndaricum: constans trimetro brachycatale. vt Medium mare rapido Tybris adit fluuio.

Nona alcmanium: constans trimetro catalectic. vt date pieri des mihi carmina doctiloquorum.

Decima stesichorium: constans trimetro acatalect. vt Iacet in thalamo tibi virgo decens ueneris specie.

Vndecima simonidium: constans trimetro hypercatalect. ut Tuba terribili procul ære sonat, clypeum capi miles.

Duodecima alcmanium: constans tetrametro brachycatalect. ut sua munera fert Venus alma manu iuueni nitido cynarç.

Tertiadecima aristophanium: constans tetrametro acatalect. ut Date uina mihi date serta, iuuat dare tempora nunc dominæ Veneri.

Notandum in hoc metro ultimam syllabam cum sola supersit in duas solui breues. Nunc ad proceleusmaticum ueniamus.

Proceleusmaticum metrum non immerito anapæsticum sequitur: cum & tẽporibus par sit, & si extremam anapæsti resolueris syllabam proceleusmaticum facies. Constat autem proceleusmaticum metrum: ex solis proceleusmaticis, quale est illud: Facile moritur. Est enim dimetrum catalecticum pindaricum.

Metra trochaica, imparibus quidem sedibus, hos recipiunt pedes, trochæum, tribrachum, dactylum. Sedibus uero paribus eosdem & spõdeum, atque anapæstum. Sed illud animaduertendum, quod quando catalecticum est hoc metrum, trochæum potius in fine recipit, interdum etiam tribrachum. Si uero brachycatalecticum sit, nullo modo diadicum tetrasemum in fine patitur ut exemplis facile colligetur. Trochaicorum. xiii. species in præsentia subiiciendas putauimus.

Prima pancratium dicit: cõstans monomẽto hypercatalect. ut auctor optimus.

Secunda ityphallicum: constans trimetro brachycatalectico, ut Bacche iunge cypres.

Tertia euripidium: constans dimetro catalectico, ut uultur altius uolat.

Quarta alcmanium: constans dimetro acatal. ut quos uides sydere celso.

Quinta bacchilidium: cõstãs dimetro hypercatale. ut Rex paterque Iuppiter deũ.

Sexta sapphicum: cõstans trimetro brachycat. ut O creator audias præcantẽ.

Septima archilochium: constans trimetro catalect. ut nox amoris & quietis conscia.

Octaua sotadicũ: constans trimetro acat. ut Ite, poma ferte, uina portet alter.

Nona sapphicum: constans trimetro hypercatale. ut Splendet aurum, gemma fulget, forma sed placet.

Decima sotadicum: constans tetrametro brachica. ut nisi quid iuuat pari mo/do referri praua.

Vndecima archilochium: constans tetrametro cata. ut Tolle tyrsos æra pul/sans iam tempus aduenier.

Duodecima hipponacticum: constans tetrametro acatale. ut Parce iam camœ/nauati, parce facto furori.

Terciadecima anacreontium: constans tetrametro hypercatalect. ut Pelle con/sis terga ponti, uela tende, iamq; pergamus.

Choriābicoꝝ alia pura sunt, quæ solis constant choriābis, alia mixta quæ in fi/ne amphibrachũ aut bacchiũ recipiunt. Horum species numerantur quatuor.

Prima aristophanium: constans monometro & amphibracho siue bacchio, ut purpureus tyrannus.

Secunda anacreontium: constans dimetro & amphibracho, siue bacchio, & Ver gil. Mantua quem creauit.

Tertia sapphicum: constans trimetro & amphibracho siue bacchio, ut dulciso/næ pierides uersifico fauere.

Quarta callimachium: constans tetrametro & amphibracho siue bacchio: ut Armipotens Mars genitor, Romulidæ da ueniam præcamur.

Libet hoc modo admonere te Iacobe, cæterosq;, si qui erunt qui hoc nr̃m opu sculum legent, Seruii grammatici artem corruptam fuisse, nullumq; me hactenus librum, cum plus q̃ ducentos legerim, sine menda reperire potuisse, siquidem semꝑ pro amphibracho & bacchio, antibacchus legitur, cum tamen exempla de amphi/bracho bacchioq; subiiciantur, quo factum est, ut Beda, posterioresq;, qui de me/tris scripsere, hoc in loco ineptissime errauerint. Etenim cum Seruii exempla haud respondere præceptis eius animaduerterent, nequaq̃ intelligentes præcepta apud hunc auctorem non exempla corrupta esse, ipsa quoq; exempla dum emendare se putant, corrupere. Sed utinam duntaxat hoc loco fallerentur, nec eorum scripta uariis ubiq; erroribus scaterent. Nunc ad antispasticum ueniamus.

Antispastica metra: constant præcipue antispasto, aliquãdo tamẽ in prima par/ticula, in qua iambus est, spondeũ recipiunt, horum species referuntur quatuor.

Prima appellatur pæanicum: constans trimetro brachycatalectico, ut faune se/mideum numen adeo.

Secunda anacreontium: constans trimetro acatalectico, ut Curas mitificant fila lyræ dulcis.

Tertia alcaicum: constans tetrametro brachyca. ut O fortuna uiris inuida iam tristis ades.

Quarta alcmanium: constans tetrametro acatalect. ut infandum tetigit sydera carmen magicę uatis.

Ionicoꝝ a minori alia simplicia sunt, alia trochaicis mixta, recipiunt etiã impa/ribus sedibus molossum, duab⁹ breuib⁹ q̃ in ionico sunt, in unã lõgã coeũtibus. Est et qñ pedẽ primũ in eisdẽ sedib⁹ capiãt, horũ de pluribus, sex species referemus.

Prima dicitur timocratiũ constans dimetro catalectico, ut rosa ueris specimen.

Secunda anacreontion: cõstans dimetro acatalectico, ut sapientes deus audit.

Tertia anacreontium:constans dimetro catalectico : vt Fuge virgo, fuge munus Veneri.

Quarta sapphicum:constans trimetro acatalectico, vt Miserarum est nec amori dare ludos.

Quinta phalecium:constans tetrametro catalectico, vt Tibi veris fero donum sola quod dat Veneri.

Sexta alcmanium constans tetrametro acatalect. vt Timor omnis docet artes, timor auget bona mentis.

Item ionicorum a maiori alia simplicia sunt, alia diiambis & ditrochaeis mixta, horum species tris in praesentia memorandas putauimus.

Prima dicitur hypponacticum:constans dimetro brachycatalectico, vt Palmā cape victor.

Secunda iachitium:constans trimetro brachycatalectico, vt Bellum pete pacē fuge fortis.

Tertia sotadicum:constans tetrametro brachycatalect. vt Victor caue tempus fugit intende labori.

Paeonicorū tria genera sunt, Cretense, bacchium & palimbacchium, illud luctibus, haec cantibus magis conueniunt, constant praecipue ex paeonibus, tamen epitritos quoq; nonnunq̄ recipiunt, horum tris in praesentia notauimus species.

Prima asclepiadeum dr: constans dimetro catalectico, vt fulmineus impetus.

Secunda pindaricum cōstans dimetro acatalectico, vt cornuaq; numerabis.

Tertia anacreontium:constans trimetro acatalectico, vt metet enim segetem omnis impius.

Anacreontia metra, dimetra sunt, constantq; anapaesto, duobus iambis & syllaba. Sunt tamen qui iisdem trimetris vtuntur, ponuntq; in prima sede trochaeum, in secunda iambum, in tertia & quinta pyrrhichium, in quarta spondeum, in sexta quemlibet indifferenter, horum tres species subieci.

Prima est, dimetrum anacreontium, superantem syllabam in principio retinens: vt exigui ruunt tori.

Secunda dimetrum anacreontium catalecti. vt, memorem decet loqui.

Tertia dimetrum anacreontium superantem syllabam in fine habens, vt miseria est humana vita.

Aliae quoq; infinitae metroꝝ species sunt, quae supradictis generibus non subiiciuntur, ex quibus duntaxat tres & viginti: quae magis in vsu erant subieci.

Primam dicitur ithyphallicum, quod tetrametrum est constans tribus dactylis & pyrrhichio. ut qui serere ingenium uolet agrum.

Secunda pherecratium quod est trimetrum, constans spondeo dactylo & spondeo ut reges purpura monstrat.

Tertia gliconicum quod est trimetrum, constans spondeo choriambo, & pyrrhichio, ut odi parthenium nemus.

Quarta asclepiadeum: constans spondeo & duobus choriambis, & pyrrhichio, ut O & praesidium & dulce decus meum.

Quinta alcaicum: constans spondeo & tribus choriambis & pyrrhichio, ut, tu ne quaesieris scire nefas, quem mihi, quem tibi.

Sexta elegiacum: constans penthemimeri duplici, prima heroica, secunda dactylica, ut Maeret diffusis flens elegia comis.

Septima eulogicum, constans primo pede dissyllabo quicunque fit: & quatuor dactylis, vt Sappho composuit male castra poemata.

Octaua sapphicum: constans trochæo, spondeo, dactylo, & duobus trochæis: vt integer vitæ scelerisque purus.

Nona priapeium: constans gliconico & pherecratio, hoc est, spōdeo, choriambo, pyrrhichio, spondeo, dactylo & spondeo, vt hellespōtiacum tuos numen protegat hortos.

Decima phalecium: constans spondeo, dactylo & tribus trochæis: vt Quisquis composito serenus æuo.

Vndecima saturniū: constans dimetro iābico catalect. anacreontio: & dimetro trochaico brachycatale. ityphallico, vt Isis pererrat orbem cornibus profusis.

Duodecima archilochium: constans anapæstico dimetro catalectic. parthenia co, & dimetro trochaico brachycatalect. ityphallis ut remeat vir ab arce tyranni uulribus cruentis.

Tertiadecima æxitologium: constans penthemimeri dactylica archilochia & penthemimeri iambica aristophania, vt Carmina bella magis uelim sonare.

Quartadecima iambilochium: constans penthemimeri iambica aristophania, & penthemimeri dactyli. archilochia: ut fontes rigabunt gramina lætificos.

Quintadecima alcaicum: constans penthemimeri dactyli: & duobus trochæis: ut luna rubens zephyros comminatur.

Sextadecima alcaicum: constans penthemimeri iambi: & dactylis duobus: ut Vides: ut alta stet niue candidum.

Decimaseptima archilochium: constans tetrametro bucoli. & tribus trochæis: ut Quam uariis terras animalia permeant figuris.

Decimaoctaua soliiambicum: constans dimetro iambico catalectico archilochio & anapæsto uel spondeo: & duobus iambis: ut Furens refundit unda tremules sinus freti.

Decimanona archilochium constans penthemimeri dactylica & dimetro iambico acatalectico archilochio: ut Scribere uersiculos amore perculsum graui.

Vicesima archilochium: constans dimetro iambico catale. archilochio: & penthemimeri heroica archilochia: ut niuesque deducunt Iouē: nunc mare: nunc syluæ.

Vicesimaprima æquiuocū: cum extremæ syllabę metri sunt eædem, alioqui heo o icum id meteum est: ut exercet mentes fraternas grata malis.

Vicesimasecunda: reciprocum heroicum sotadicum id fit: quoties heroicū conuersa scansione in sotadicum mutatur: quod vt supra diximus: est trimetrum acatalectum trochaicum, ut ire cupis: si rus mala uites somnia quæso: hoc enim si a fine scandere incipias trimetrum trochaicum facies hoc modo: Quæso somnia uites mala, rus si cupis ire.

Vicesimatertia reciprocum iambicum uel elegiacum quoties iambicum mutato ordine scansionis elegiacum facit, ut micant nitore tecta sublimi aurea. Muta ordinem scandendo: Aurea sublimi tecta nitore micant.

Postquam metrorum species executus sum: superest ut te admoneam: carmen quod ex huiusmodi metris perficitur trifariam diuidi, aut enim monocolon est: id est unimembre: aut dicolon: id est: bimembre: aut tricolon: id est: trimembre.

Monocolon dicitur: quod uno genere metri constat: ut tota æneis Vergilii.

Dicolon quod duplici metri genere: ut Nasonis epistolæ amatoriæ: quæ heroi

cis atque elegiacis uersibus constant.

Tricolon, quod triplex habet metri genus, ut complures odæ Horatii. Fit etiã alia diuisio carminis, eius duntaxat, quod uariis metrorum generibus componitur. Dicimus enim huiusmodi carminum aliud esse distrophon, cum post duo metrorum genera statim ad primum reuertimur. Aliud tetrastrophon, cum post quatuor id facimus: unde fit, ut carminum quæ ex diuersis constant metris, aliud sit monocolon, aliud dicolon distrophon: aliud dicolon tetrastrophon: aliud tricolon tetrastrophon.

Monocolon, cum genus metri uniforme est, ut prima ode Horatii. Est enim uno metri genere composita. i. choriambico trimetro quod asclepiadeum dicitur, ut Mecœnas atauis edite regibus O & præsidium & dulce decus meum.

Dicolon distrophon: quando carmen duobus generibus constat, & post duos uersus ad primum reuertitur, qualis est tertia ode Horatii, in qua primum metrũ est gliconium choriambicum trimetrum, secundum asclepiadeum, tertium item gliconicum, ut Sic te diua potens Cypri Sic fratres Helenæ lucida sydera Ventorumq; regat pater.

Dicolon tetrastrophon, cum duobus generibus cõstat & post quartum uersum ad primum reuertitur, qualis est secunda ode Horatii, in qua primi tres uersus sunt dactylici penthametri sapphici, quartus adonius, tres item sequentes sapphici, ut Iam satis terris niuis atque diræ Grandinis misit pater & rubente Dextera, sacras iaculatus arces, Terruit urbem. Terruit gentes graue ne rediret.

Tricolon tetrastrophon, quando tribus generibus constat, & post quartũ uersum ad primum reuertitur, ut est quinta ode Horatii, in qua primi duo uersus asclepiadei sunt, tertius pherecratius, quartus gliconicus, duo item sequentes, ut Quis multa gracilis te puer in rosa Perfusus liquidis urget odoribus Grato pyrrha sub antro? Cui flauam religas comam Simplex munditiis? heu quoties fidem. Mutatosq; deos flebit, & aspera, & reliqua. Fieri potest, ut plurium etiam q̃ trium metrorum mixtionem reperiri contingat, sed nos ea tantum notasse contenti sumus, quæ maxime in usu erant.

Hæc sunt mi Iacobe quę de metris ad te in præsentiarum conscripsimus, ubi quantum in me fuit, seruato ordine cuncta digessi, quo & in præsens tempus rem tibi cognitu dulcidam redderem, & in futurum: si quãdo usu ueniret, aut alicuius rei te repens obliuio teneret: omnia inuentu atq; depromptu q̃ facillima forent, superest, ut tu hęc assidue & diligenter perlegas & fideliter memoriæ commẽdes, interim, etiam componendis uersiculis mentem exerceas. Ita enim fiet, ut nec te accepti beneficii, nec me laboris peniteat mei. Vale.

DE GENERIBVS METRORVM quibus usus est Horatius.

NICOLAVS PEROTTVS CAELIO Perotto fratri charissimo Salutem.

EX omnibus immortalis dei erga me beneficiis, duo sunt, quibus maxime gloriari soleo: Vnum, quod Bessarionem mihi principem: alterum, quod te fratrem præstiterit. Nam si mihi data esset facultas omnis pro arbitrio meo eligẽdi,

quid cogitare ne dicam sperare amplius potuissem? Vt enim a principe incipiam nactus sum pium, beneficum: humanum, liberalem, inaudita æquitate, summa iustitia, singulari fide, diuina sapientia, adeo præterea omni genere studiorum eruditum, vt mihi interdum de cogitanti non tam vnus homo literatus, quam literæ ipsæ, omnesq; bonæ artes in vno homine esse videantur. Nulla res est tam difficilis, tam abolita, quam ex huius animo veluti quodam thesauro non liceat ex promere, quam peritus est diuinarum literarum, quam doctus & ciuilis & pontificii iuris. Quid est ad eo in philosophia abstrusum atq; reconditum quod huic non sit penitus familiare? quis in mathematicis excellentior? quantum exemplorum, quantum historiæ, quantum antiquitatis tenet, num sermo eius cum Græcæ loquitur plane atticus est? cum scribit latine, musæ ipsæ Romane loqui videntur. Orationem ipsius platonicam putes, crebra est, assidua, copiosa, & hyperbis niuibus similis: in versibus tantum leporis: dulcedinis: suauitatis inserit, vt nihil diuinius sit, nihil cœlestius. Quid epigrammata quæ nuper in Senissum Platonicum composuit, quæq; subito cum latina reddisti, nonne reddere probatissimam illam antiquitatem videntur? disputationes eius subtiles, ornatæ, graues: vt facile quemlibet quo velit impellat, & trahat: ita ex tempore loquitur, quasi iampridie scripserit, videntur ad manum sensus omnes instructi. Tanta præterea humanitate erga omnes expositus est: vt qui dignitate summum locum tenet, facilitate morum pene infimus videatur. Liberalitatem eius cum infiniti ex latinis, tum maxime hoc tēpore infelicissimi Græciç populi experiūtur, qui propriis expulsi sedibus, ad hunc veluti unicum refugium confluunt. Adde quod me adeo amanter, benigne, dementer amplexus est, ut octauum iam annum non solum domi: sed intra secretiora cubilia, ad curam castissimi corporis sui tenuerit, tene atq;. Apud quem quantū gratia & auctoritate ualuerim, in propinquorum atq; amicorum honoribus expertus sum. Quæ nostra familia, qui pater: qui nos omnes, quæ nostræ fortunæ essent, nisi princeps noster fuisset. Nota hæc omnibus sunt quicquid sumus, principis nostri sumus beneficio, humanitate, dementia: huic uni bona: fortunas: ipsam deniq; animam debemus. Merito itaq; me puto immortale beneficium a deo cōsecutū, quod talem nactus sum principem, quem nisi summa integritate: fide: obseruātia colam, ueneter: adorem: sceleratus: facinorosus: nefarius sim, e cōspectu hoium fugandus, eiiciendus: exterminandus. De te uero mi frater, quid loquar, an mihi secundo loco euenire aliqd dulcius poterat, q̄ te talem habere germanū: q mihi ut aspectu ac lineamētis corporis: ita & moribus & natura similis euaderes? qui iisdem qbus ipse ego studiis deditus a me erudireris, doceceris, instrueretis, quē ego ueluti imaginem quandā meis manib⁹ formarem atq; ꝯfingerem. De cuius indole tantā aio spē ꝯcepi, ut nō mediocre decus allaturꝰ te familię nostrę, nisi te nobis fata inuiderint, existimē. At quorsum hæc de me inqs? Nā de principe nr̄o nō miror: quē ubiq; laudare, extollere, ꝑdicare satiari nō potes. Nēpe q̄a tuis quoq; laudibus satiari nō possum, optime & suauissime frater: ita me ingeniū tuū, ita studiū: ita mores delectant, ꝑsertim in hoc lubrico ætatis: i quo multi adulescētes ꝑiclitari solēt. Quanta me nup uoluptate affectū putas, cū me rogasti, ut una epl̄a oīa gn̄a metrorꝫ (quę apd Horatiū Flac. repiūtur) br̄ ꝯprehēderē: & unde lyrici poetæ dicti fuerint, ad te scriberē. Ex his. n. intelligo te nō ꝯtentū heroicis atq; elegiacis uersibus, ut cæteri nr̄ę ætatis adulescētes: ad cætera quoq; metrorꝫ gn̄a aspirare, Qđ in te optimi ingenii tui exactissimæ in studiis diligentiæ testimoniū est. Ego uero honestissimo de

